ENUMERATIO
STIRPIUM
MAGNO TRANSSILVANIAE PRINCIPATUI

PRAEPRIMIS

INDIGENARUM

IN USUM

NOSTRATUM BOTANOPHILORUM

CONSCRIPTA

INQUE

ORDINEM SEXUALI-NATURALEM

CONCINNATA

AUCTORE

JOHANNE CHRISTIANO GOTTLOB BAUMGARTEN

PHIL. ET MED. DOCTORE, SOC. LINN. LIPSIENSIS SODALI.

TOMUS PRIMUS.

CLASSES I—IX. PHAENEROGAMARUM EXHIBENS.

VINDEBONAE

IN LIBRARIA CAMESINAE.

1816.

Démontrer une erreur, c'est plus que découvrir une verité.

VIRO

ILLUSTRISSIMO AC EXCELLENTISSIMO

GEORGIO COMITI BANFFY,

LIBERO BARONI DE LOSONTZ, INSIGNIUM ORDINUM SANCTI STEPHANI REG. APOSTOL. ET IMP. LEOPOLDI, M. CRUCIS EQUITI, S. C. R. APOST. MAJESTATIS CAMERARIO, STATUS ACTUALIS INTIMO CONSILIARIO, PERQUE MAGNUM TRANSSILVANIAE PRINCIPATUM PARTESQUE EIDEM REAPLICATAS GUBERNATORI GRAVISSIMO, REGII ET EXCELSI REGII EJUSDEM PROVINCIAE GUBERNII PRAESIDI,

NEC NON

INCLYTIS

STATIBUS AC ORDINIBUS

TRIBUS NATIONIBUS NOSTRAE PROVINCIAE

NON SOLUM

IN FULCIENDA PATRIAE FELICITATE

VERUM QUOQUE

IN PROTEGENDA LITERARUM PROPENSIONE STUDIO INDEFESSIS

HANCCE

STIRPIUM MAGNO TRANSSILVANIAE PRINCIPATUI

INDIGENARUM

ENUMERATIONEM

IN

TESSERAM CANDISSIMI CORDIS ADFECTUS

DICAT

OBEDIENTISSIMUS

AUCTOR.

Illustrissime ac Excellentissime

Comes!

Indulgentissime Gubernator!

Luctatus sum et ego multum diuque cum pudore meo, antequam impetrarem, audaciae sibi ut tantulum sumeret, quo primum Enumerationis meae tomum, jamjam supra plures annos elaboratum, nunc iterum paullo revisum, NOMINI TUO ILLUSTRISSIMO inscribendum exsequerer ausimque TIBI ex eo dedicare, quod eaedem meae primitiae valde tenues, neque satis dignae, quae talibus auspiciis prodirent; veruntamen singulari illo favore, quo et mea studia, et me ipsum, clementissime dignare voluisti, adductus non solum huncce librum TIBI in publicum TUI amoris tesseram et erga

REGEM NOSTRUM et PATRIAM DULCISSIMAM obrutam quidem a fatis ferreis difficilibusque, ultra viginti quatuor annos per totam orbem grassatis, ut vero abs TE ad status publicam conservandam TUIS ipsius AUSPICIIS, strenuissime ac sapientissime directam, edendum, verum quoque plantam aliquam pulcherrimam in Alpium Nostratum petrosis duntaxat locis occurrentem inque nullo adhuc opere botanico, me scio, descriptam, vel figura aenea sculptam, non ob locum solum, quam potius ob virutes TUAS in exercenda politia constanissimas, PETROSAM, atque ob splendo-

rem NOMINIS TUI, nec non gratiam maximam, quam TIBI a me jure debere ingenue fateor, BANFFYAM appellandam TIBIque eo addito quasi consecrandam duxi, quod me deinceps etiam in numerum TUORUM clientum referre et mea opera quantulacumque placida serenaque fronte excipere haud dedignari velis.

Impedior verecundia, ne pluribus verbis TE molester. Vale ergo EXCELLENTISSIME GUBERNATOR meque et SALUTIS TUAE cumque TUA SPLENDIDISSIMA FAMILIA cupidissimum et

Nominis Tui ad seros usque annos studiosissimum agnoscas, etiam etiamque rogo

Scripsi
Vindebonae die 30. Septembris
1815.

Devotissimus

Johannes Christianus Gottlob
Baumgarten.

PROOEMIUM.

»PATRIAM NON ILLUSTRARE CUM POSSIS, »NEFAS.« — Hancce mihi sententiam, nec diu, nec multum indagenti, fuit mihi namque semper et gaudium, et solatium in literis, nulla certe alia NOVAE PATRIAE investigandae occucurrit ansa, quam si VEGETABILIA MAGNI TRANSSILVANIAE PRINCIPATUS INQUILINA feliciore utinam, et industria et successu, perscrutarer. Ne vero, operose agendo, vel nihil agerem, vel in re aliena retinerer, physicatui a Magistratu ac Communitate Schaesburgensi exeunte anno 1800 unanimiter mihi concredito, ac per spatium sex et quod excurrit annorum, conscientiosissime a me perfuncto, renunciare sponte visum est. Quo facto jamlatae Provinciae, in zona boreali temperata sitae-porrigentis nimirum a quadragesimo quinto gradu ad quadragesimum octavum graduum latitudinem et a quadragesimo sexto gradu ad quadragesimum nonum graduum fere longitudinem, et circumseptae Hungariae; Banatus; Valachiae; Moldaviae; Bucovinae Galliciaeque confiniis - elatissima ac contigua montium rupestrium et haud infrequenter, aut summa etiam aestate, ac nive tectorum juga; sylvas confra-

gosas, densas latiusque spatiosas; nemora inperspicua et anfractuosa; dumeta innumerabilia; loca clivia, herbida aridaque; prata luxuriosa, tam elatiora quam depressa, immo sicca, quam irrigua; pascua laeta, nec quoque sterilia sabulosaque; lacus denique notabiliores et fluvia nostra ocyus, licet sensim duntaxat sensimque videre ibidemque complura indagare et colligere mihi contigit.

Inter commeationum, ne dicam itinerum, a me hunc in finem hucdum susceptarum praecipuas, si quis rescisere aveat, sequentes refero:

A. In ALPIBUS ac quidem *a*) CIBINIENSIBUS utpote Wârfulo Moashi et Surului; Foti; Strunga Draco-lui; Farcasului atque Pliêshe; *b*) BARCENSIBUS nimirum das Schülergebürge; Piatrà Mare; Thetzla; Csukâs et Butschetsch a Valachis Bucesc. *c*) FAGARASIENSIBUS nempe Gaure de Lotri; Goltz; Wârfulo Moashulatze; Commando et Cordon de la Schmidt; Wârfulo Lutzuluj et Groapelui de la Lutzie. *d*) RODNENSIBUS porro Wârfulo Iniutze; Omului; Stol; Gálátz; Niegrulilasza; Piatrâ Dschrammeanie et Jetzilui. *e*) BISTRICIENSIBUS puta Gruiulo; Struniorlui; Haita; Gurra Haiti nec non Pietrosului.

B. In SUBALPINIS: *a*) partim in vicinitate jamjam appellatarum Alpium v. c. in Monte Goetzenberg ad Sedem Cibiniensem pertinente — *b*) partim in talibus locis Rotunda et Lapadna versus Alpem Omuluj spectantibus — *c*) partim alibi locorum existantibus, ut Hargita in Sedibus Udvárhely et Csik.

C. In MONTIBUS nempe Hozolya ad Cott. Hunyadensem; Tepéi et Ürmös Tepéi ad Cott. Albensem superiorem; Balvanyós; Büdös; Rakotlya; Szöts-Pál et Csernika ad Sedem Háromszék, item ac Szent Anno Tó ad Sed. Csik Inferiorem et denique Kapellenberg prope Civitatem Brassó.

D. In HERBIDIS et CLIVIS praeprimis die Pfanne juxta Pagum Morgonda ad Sedem Nagy Sink et in eisdem Locis Gross- et Klein-Bohlten dictis ad Oppidum Köhalom pertinentibus.

E. In PRATIS tandem montosis, declivioribus depressioribusque et agris pinguioribus ceterum umbra destitutis, partes Cott. Torda et Kolos simulque confinia extrema se includentibus nempe Mezöség appellatis.

Restare praetereaque per plurima loca, quae nondum permeare non licuit. Mihi vero rem botanicam in deliciis habenti, illustrationes per totum patriam nostram pedetentim suscipere semper erat in optatis, ut quoque de inquilinarum stirpium inquisitione modo et meliore et faciliore fierem certior, PATRES PATRIAE, in Conventu generali anno 1811 habito, petere ausus sum, ut mihi etiam levamina illa, aliis hujatibus rerum naturalium perscrutatoribus antea concessa, gratiosissime adplacidarent. Quo meo rogatu EXCELSUS STATUS cum ORDINIBUS NOSTRAE PATRIAE mihi valdopere favebat, ut in plagis diversis, prout mihi libuit, herbarisationes annua vice prosequerer.

Ope hujusmodi favoris mihi optatissimi ao. 1812 Cott. Albensem Inferiorem maxima ex parte et Territorium Billak inter Pagos Galdtö, Borband, Krakkó,

Sárd, Kis-Falu jacens, et ob herbas plures ibidem nascentes, inter quas praeprimis VERONICA FOLIOSA, INCANA et ORCHIDEA; SALVIA NUTANS et BETONICAEFOLIA; SCABIOSA CORNICULATA et CANESCENS; ANCHUSA BARRELLIERI; MYAGRUM PERENNE; CRAMBE TATARICA; CYANUS AXILLARIS et ATRO-PURPUREUS, ARISTOLOCHIA ROTUNDA aliaequae eminent, Tironibus praecipue notatu dignum, prima vice gnaviter perlustravi, dein prata vinctaque juxta Castrum Urbemque Karoly-Fejêrvár peragravi; tum exeunte Junio montes, prata saxaque ad Pagos Felsö-Gald et Benedek sedulo exploravi ibidemque in saxis TYEITIF MÂRE, DROGU et PIATRÂ CSEG-CI, item ac in pratis montosis TZFORTSA et Montibus KETSKEKÖ atque BULZULUI IRIDEM VARIEGATAM; DIANTHUM RUPESTREM Kit; DELPHINIUM ELATUM; ACONITUM SEPTENTRIONALE et NEOMONTANUM; ATRAGENEM ALPINAM; POLYGALAM AMARAM; FILAGINEM LEONTOPODIUM aliasque rariores plantas reperi.

Quibus commeationibus in locis allatis exactis ob vicinitatem Oppidi Nagy-Enyed cum Cott. Torda montes calcareo-petrosos accliviores que vegetabilibus perplurimis faventes juxta Oppidum Torotzkó et Pagum Torotskó Szent-György, nempe Montes SZEKÉLYKŐ, TILALMAS et BEDELLŐ salutavi. Ex hocce processu redux oppidum N. Enyed, vineta prataque, huic loco proxima, comite DR. BARITZA lustravi, ab hinc super pagum Sárd per pagum Metesch prope Ompoly fluvium situm, CIRCULUM ZALATHNENSEM et quidem ditiones ob scientiam rei metallicae valde notatas attegi, ac simul circa Oppidum Zalathna regiones

elatiores saxosasque scilicet Montem JUDENBERG (ubi VERONICA JACQUINI floruit) comitante Dno. GRÜNEWALD hujus Oppidi Pharmacopola meritissimo, dein vero Montem sylvosum DOMBU adscendi; postea Oppidum alterum montanum Abrudbánya adii, prope quod, circa tres horas ab hocce loco procul, et quidem dextrorsum nempe supra Pagum Butsum duo montes exstant, ante XII. annos a NOBILISS. et ILLUSTR. DE PODMANITZKY, olim Consiliario Regio-Thesauratus nostrae Provinciae primum detecti, ex SAXO-BASALTO compositi, quorum alter umbrosus, alter contra nudus, ex trabibus partim perpendicularibus, partim obliquis, partim quoque horizontalibus, biorgyalibus supraque longis, e cinereo-nigrescentibus, durissimis, cum malleo ferreo pulsando campanam quasi sonantibus, per strata digestis constantibus cujusque cacumen DIGITALI AMBIGUA L. cumque Filicibus Muscisque frondosis praeprimis obtectum erat. Paullo ante me ILL. COMES MICHAEL ESZTERHÁZY S. C. R. Apost. Maj. Camerarius, in Arte naturali physicaque Vir Perspicacissimus ad inquilina fossilia cum maxima solertia exploranda hos aliosque districtus metallis nobilioribus reconditos visitavit, et Dnus. REVEREND. FRANCISC. XAVER. HENNE, Abbas, Cannonicus et Custos Ecclesiae Cathedralis Albensis, artis mineralogicae Peritissimus Fossiliumque Indigenorum valde Indefessus, delineationem, quoad prospectum situmque horum montium, ante aliquot annos curavit, quam postea CELSISSIMO NOSTRO REGIO-CAESAREO ARCHIDUCI RHEINHARDTO, nec non CULTORI STIRPIUM INQUILINARUM MAXIMO, sed praeprimis rerum naturalium INQUISITORI INGENIOSISSIMO submisit.

E regione horum montium fodinas illas olim auro locupletatissimas, reliquiis operum Romanorum valde memoratas, nempe DETONNATIE dictas, prope Veres-patak, circiter horas duas ab Oppido distantes, cum ERICA VULGARI L. tectas, contemplatus prata elatiora laetaque GAURE appellata (ubi LILIUM PYRENAICUM et MARTAGON; HEMEROCALLIS FLAVA; THALICTRUM ANGUSTIFOLIUM etc. vigebant) eis proxime jacentia permigravi, postea autem pagum versus Topanfalva me converti ibidemque prata atque valles juxta fluvia Aranyas ad Montem usque lapidosum BIHár confiniis Patriae cum Hungaria visitavi. In reditu porro ac ad montis ejusdem radicem in pratis VALIE DREGUTZIE nominatis ARNICAM MONTANAM L. copiosissime observans. In vicinia pagi Nagy Aranyas montes petrefactis innumerabilibus farctos reperi et e regionibus istis CATARRACTES (WASSERFALL) e medio montis GAIINE orta, cujus ora ACONITO LYCOCTONO vero ejusdemque varietate cum floribus e violaceo-caeruleis ornata erat, mihi spectaculum praebuit admirandum. Ultimis excursionibus per huncce Comitatum versus Montem VULHÁNY confinio ab Abrudbánya cum Comitatu Zarand, susceptis, per pagos Butsesd, Bráad et Felsö Lunkos in Cott. Zarand sitos, postremo Comitatum Hunyadensem calcare tentatus sum. Illinc comite Pharmacopola D^no.^ BRUSZ primum loca salira, prata, nemora, vineta et Arcis Deva circuitus inquisivi, exinde Processum Laposnyák versus Banatus confinia Montes CRATU et HARSULUI, item ac inter pagos Roskany et Batrina, Loca montosa acclivia herbidaque GYÁLU et VALIE GROPILÓR ac denique in reditu Montem

calcareo-petrosum Wârfulo Kozolya, iterum solus perquisivi.

Praeterea ad Oppidum Vaida-Húnyad adveniens rudimenta salina a Romanis antea curata, nunc Ochna dicta, et loca elatiora Valie Szutca mica drusica cum particulis arenoso-silaceis impraegnata, ac dein inter pagos Telek et Cserna solum cum terra aluminosa mixtum pervasi; deinde a pago Felső Farkadin ad Idolaeum monacho Calugae hodie commissum, porro ac per pagos Nagy-Pestény, Brázova et Várhely juxta Viam Ulpianam ad ruinas urbis antiquae Zarmizagetusae haud procul a pago Klopotiva, usque pagum Malomviz iter extendi. In eodem studio e valle prope pagum Suszény rudera arcis Koltzvár in cacumine montis acclivis jacentia, sinistrorsum conspexi et in processu per Valje Zaszca, la Prélutsellie et Valie Zsernenyile denique Montem Retyezát praealtum, figura conica e longinquo allicentem herbisque multis praeditum, inferius lacu aqua clara repleto gaudentem, et de rupibus calcareis laxe aggregatis praeruptisque asperum, haud sine periculo tandem conscendi ibidemque sublimissime rediens, remotis omnibus impedimentis, in remunerationem quasi operosae adscensionis valde procul prospectibus dulcissimis animum recreavi. In retrogressu per Malomviz versus Oppidum Hátszeg viam capessivi, et supra pagum Krivadia in locis elatioribus, haud procul a via publica, reliquias aedificii rotundi romani (i. e. Rotundam) introitu carentis, item ac juxta pagum Petrosz ad rupes calcareos Marmoris rubri fodinas vidi; tum per Dialu Baba ad Passum Vulkány accedens Montes Strasza et Vulkány tempestate valde tristi nebulosaque et vento

occidentali vehementer grassante adscendi; porro ac juxta Szurduc, ubi fluvia duo Syl appellata confluunt, et mons acclivis petrosus particulas aluminosas in se continet, Montem Paringului herbis plurimis prae caeteris ditiorem persalutavi, ac vero in confinibus prope Montem Mundri SAXUM SERPENTINUM observavi. Quibus commeationibus sub tempestate maxime pluviosa frigidaque absolutis viam meam versus Montam Gropa Plaiului per pagum Livadtsel et supra fluvium Syl Hungaricum ad pagum Petrilla, de quo per Piatrà Csetescului ad Passum Vulkány iterum acceleravi et abhinc per Oppidum Szász-Város; Civitatem Szász. Sebes et Oppidum Szeredahely in Oppidum Vizakna ad salinas plantas ibidem denuo investigandas pro hic et nunc herbarisationibus finem impositis, tandem initio Septembris felici successu domum redii.

Sequente anno Julio exeunte per pagum Elekes ad Cott. Albensem Inferiorem pertinentem Oppidi Torda Salina Loca et Montes calcareo-saxosos Hasádeka et Varoly-Erdei et prope Urbem Kolosvár illa praeprimis Loca rei botanicae maxime inservientia nempe die Hasengärten et Heuwiesen, comite juniore SAM-PATAKI perlustravi. Ut Comitatum Kolos maximo cum usu peragrare possem, primum loca gypsaceo-saxosa prope Oppidum Gyalu (ubi Gypsophila arenaria W. cum Astrag. austriaco Jacq. luxuriose florescebat) inquisivi. et per pagum Magyar-Gyerú-Monostor ad Valkó perveni. Illinc regiones aquosas, graminosas, umbrosas montosasque nempe Montes Beles, Szirbi et Fulszeratu usque ad Montem Galinasza arenoso-lapidosum Carduum nutantem L. primo lectum

confinium Comitatus Biharensis pertegi, et in ista directione confines supra Pascua MOUNTEL MÁRE ád apicem Montis VLADIASZA me, sed sine fructu, extendi. In reditu Montem calcareo-petrosum PIATRÁ ARSZYIÉTEI ad pagum Revitsel adscendi ibidemque CAMPANULAM GRAMINIFOLIAM W. intra rupium fissuras crescentem prima vice legi.

A pago Valkó pervasiones meas per Oppidum Banffy-Húnyad, Nagy-Almás, Nyeres usque ad Oppidum Krasana continuavi; ibidem vero summo mihi gaudio fuit, quod amicitiam et familiaritatem D[ni.] ILLUSTRISSIMI WOLFGANGII DE CSEREI rei botanicae PERITISSIMI et Horti Botanici CULTORIS pacisci voluerim. Hospitalitate liberalissime excepta regiones istas non mihi largam messem praebentes relinquens versus Sibo sedem FAMILIAE BARONIS VESSELÉNYÍ in Comitatu Szolnock mediocri jacentem penetravi et sylvas prataque cum ACHILLAFA PTARMICA L. praeprimis tecta, juxta pagum Karika comite juniore BARONE VESSELÉNYI ejusdemque mentore PATAKI lustravi.

Quibus omnibus factis Samusium transgressus Districtum Kövár per Kis-Solymos, Csula, Purkeretz, Berkesz ad Oppidum Kapnyik-Bánya adveni. Exinde Montem GUTTIN ad huncce Districtum spectantem haud frustra perquisivi et in descensu in pratis uliginosis SENECIONEM SIBERICUM L. florentem primum observavi. Ab hocce loco prope confinia Comitatus Marmaros excursiones meae semper suscipiebantur, ut in Cott. Szolnok Interiore per Magyar-Lapos, Lapos-Bánya et Olah-Lapos Montem NETEDA graminosum (ubi ACHILLAEA LINGULATA W. valde copiose floruit) pervestigarem et denique ab-

hinc pagum Tökes pervenirem. Exinde Montem Hudina, paullo post Montes Csiblesz et Arszului conscendi. Inde ab illis per pagum Larga Districtum militarem Naszod nempe pagos confines Suplej et Telto ingressus viam per pagum Borsa ad Cott. Marmaros legi, quo Alpes Stol, Gálátz et Nikgrulilasa in Districtu Raduensi militari iterum adscenderem. Postremo super Oppida Radna et Naszod redux ad pagum Tökes, per loca Emberfö, Niegerfalva, Batza, Gánts, Csito-Mihalyfalva ad Oppidum Dées percurrens fodinas quoque salinas ad Dées-Akna circa horam unam ab oppido distantes botanices causa investigavi. Relictis nunc locis per pagos Alpáreth, Vetzk, Csernek, Paptelke, Gorbo, Galgo et Tiho in Cott. Szolnok Mediocri super pagum Karika ad Oppidum Ziláh adveni et ILLUSTR. D^num WOLFGANG. DE CSEREI ad plantas aliquot peregrinas tum florentes in horto suo egregio cultas, nempe Euphorbiam Humboldti; Cupheam procumbentem; Malvam lacteam, Elychrisum bracteatum, Ferulam rablensem etc. illustrandi iterum conveni. Abhinc per Comitatum Kraszna super pagos Bogdánháza, Magyar-Gorbo et Nádas, Báts denique ad Kolosvár redii. Quibus rebus peractis ob tempestatem pluviosam commeationes meas exeunte Septembre finire coactus sum.

Plagas etiam versus Septentrionem Orientemque spectantes anno praeterito visitare tentavi. Vergente igitur primum ad oppida Udvárhely et Lövéte usque Aquam Mineralem regiones ibidem montosas, pratenses umbrosasque mense Julio inquirere incepi et ab Olahfalu istum cursum ad apicem Montis praealti Hargita dicti partim ad Sedem Udvárhely, par-

tim ad Sedem Csik Siculorum pertinentis, contemplandi causa tertia vice adscendi; dein per Oppidum Csik-Szereda ad pagum Szép-viz in S. Csik Siculorum Superiore jacentem per Montes plantis plurimis praeditos nempe BOGAR- et SZÉPHAVAS ad Passum Gyémes perveni, ut Moldaviae confinia per Montes TÁRHAVAS, EBKÖTTÖ et MELEGHAVAS pascuis pecorum faventes, perlustrarem. In reditu porro per Montem BALVANYOS in valle supra rivulum Tárhavas ad Passum iterum veni, abhinc ad pagum Tablotza redii, Montium BÜDÖSHEGY, SZENT ANNA Tó et KUKUISZÁS prope pagos Lazarfalva et Tusnad olim Daniele Hagero, Rectore Scholae Rupensis Meritissimo et Artis Mineralogiae Peritissimo, concomitatus, nunc vero solus iterum iterumque salutandorum causa. Quo facto per pagum Málnas et Oppidum Sepsi Szent Gyergyo Sedem Siculorum Háromszek attegi et denique per Alpes Barcenses scilicet PIATRA LAPTE; PIROSKA; TATTERUTZA in vicino Passu Buza prima vice; porro ac Subalpes utpote Montes THETZLA; GSUKÁS; VAIDAHAVAS et RETSE supra regiones DIE ALTE SCHANZE dictas, secunda vice; item quoque Montes calcareo-rupestres Brassó vicinos nempe KAPELLENBERG et SCHÜLERGEBÜRGE cum Alpibus summis BUCESC tertia vice conscendere annisus sum, quibus exeunte Augusto coronidem imponere decrevi. -

Quomodo istas plantas omnes in Nostra Provincia thesauri quasi instar reconditas mirum in modum sponte crescentes, et sic paulatim absme lectas, describturo mihi haud alienum a re videbatur totumque hocce quidquid operis erit, conamen, sub

ENUMERATIONIS STIRPIUM MAGNO TRANSSILVANIAE PRINCIPATUI INDIGENARUM nomine, quatuor absolvere tomis, quorum Imus isque praesens, Classes IX a staminum numero complectitur; IIdus Classes VIII a uumero, insertione, porro proportione cumque coalitione Staminum Antherarumque vel in cylindrum, vel in fascicula collectarum, item illas ab irregularitate florum recensebit; IIItius de COMPOSITIS, ORCHIDEIS atque GLUMACEIS in tres Classes redactis aget; IVtus denique CRYPTOGAMA VEGETABILIA LINNEI seu ATELIAM SPRENGELII secundum nuperrimorum et classificationes et observata exponet.

De ultimo autem tomo, vita comite, cum supplemento illarum stirpium in posterum a me observandarum opportuno tempore, si Diis placebit, publice edere et mappam physico geographicam et plantas rariores novasque a me inventas iconibus colorandis, separatim curare studebo simulque Operibus valde egregiis HOSTII, JACQUINORUM, STERNBERGII et WALDSTEINII adnectam; de tribus primoribus contra historiae naturalis amatoribus, quibus omnia mea commendatissima esse volo haecce observata habere rogatum cupio.

In collocandis autem plantis LINNEOS, GÄRTNERUM, DECANDOLIUM, JUSSIEVEOS, LAMARKIUM, THUNBERGIUM aliosque secutus sum, ubi contra et recentiores, ob florescentiam fructusque figuram nova magisque perspicua attulerunt et aliud mihi ipsimet observare contigit, ab illis hisque recessi et ex altera parte istas stirpes classibus a staminum numero insertione coalitioneque factis, inserui.

Ordines Classium primores, quoad germinum, stylorum stigmatumve numerum distinguere studui; subdivisiones contra secundum floris Tegminum (i. e. calycis corollaeque Auctorum) integritatem, vel divisionem, re- aut irregularitatem separatamque fructificationem condere anisus sum.

Characteres generum ab Illustrissimis Botanicis conditos stabilitosque servavi et editionem Generum plantarnm octavam Schreberianam et Henkeanam sicuti Species Linnéi a b. Willdenovio curatas citare non oblitus sum.

Species vero omnes, quoad stirpium naturalem altitudinem succinctis specificisque descriptionibus a se invicem distinguere volui, ac insuper auctores, qui has illasve species profusius atque luculentius perquisivere, allegare haud omisi.

Synonima denique solummodo pauca a BAUHINIS, CLUSIO, MORISONIO VAILLANTIOque, sed potius Trivialia nomina a Viris egregiis in Monarchia Regio-Caesarea Nostra selectissima Opera Botanica palam evulgatis, condita, apposui et plantarum icones cum indefesso studio maximaque cura sculptas vivisque coloribus eleganter pictas, ea pro notitia ac virili notavi, quae mihi et publica aliqua bibliotheca, hic papilione hyberna multo rariore, destituto, et exigua, certe naturalissimis de causis librorum propriorum copia instructo et connexione dulci cum viris in hac quoque naturae collustrandae parte et Luna inter stellas minores elucentes, deflorato glebaeque terrae incognitae addicto, fortuna passa est.

Praeterea Nomina nationibus inquilinis extraneisque usualia, et generibus, et speciebus, adnexi et solummodo Valachica speciebus passim addere studui ista,

pellare ausus sum, quod et memoria EXCELL. ac ILLUSTR. SAMUELIS LIBERI BARONIS DE BRUCKENTKAL Insignis quondam Ord. Sct. Steph. R. Ap. Magnae Crucis Equitis et Gubernatoris Nostrae Provinciae Emeritissimi et quoque EXCELL. ac ILLUSTR. MICHAELIS LIBERI BAR. DE BRUCKENTHAL quondam Insign. Ord. Imperat. Leopoldi Commendatoris, Nationis Saxonicae Comitis etc. in Patriam non minus, quam in rem literariam hanc a me pietatem ct devotissimae mentis declarationem ob multa in me quoque beneficia exposcunt.

Quodsi, prouti sperare haud nefas, haecce enumcratio, in publicas etiam Eruditorum ephemerides inque manus Botanicornm hujatorum deveniat, fortunatum sese judicaret, auctor, si vel plurima operis sui emendandi monita, quorum vel ex eo, quod vulgus scriptorum satis habeat, nulla reprehensione a criticis affici, ut viri prudentes exinde etiam utilitatem capiant, summopere indigere libere confitetur, ex illis nancisci posset, spe certiori fretus, se reprehensionem sinistram ideo certe nullam promeruisse, quod etiam extra munus et officium suum Civibus discentibus, pro occasione et virili ex usu esse.

Coronidis loco concedas, velim L. B. meam in cunctos excursionum mearum jamjam praeattactarum et Commotores et Promotores pietatem quid enim dicam benevolentiam, cum illud ipsum gravissimum et sanctissimum nomen pietatis, levius mihi meritis erga me praestitis, hic publice profiteri, ut gratiam, qnam rebus aequare non possum, saltim verborum nominumque nominando honore compensem. Eminent multis ante nominibus praeprimis, qui in ista re amica ac benevola inclinatione, antea succurrere haud dedignati

sunt, ILLUSTR. COMES JOHANNES HALLER DE HALLERSTEIN AD FEJEREGYHAZA S. C. R. Apost. Maj. Camerarius; porro ILLUSTR. COMITISSAE CATHARINA DE BETHLHEN et SUSANNA GYLLAI; item SPECTATISS. MARTINUS HOCHMEISTER Cibiniensis Sedis Judex Meritissimus, nec non ANDREAS THEOPHILUS KLEINKAUF Sénator et Regius Perceptor Civitatis Coronensis; postea et quidem nuperrime prae ceteris praeteriri non debent in Comitatu Albensi Inferiore EXCELL. ILLUSTR. et REVEREND. JOSEPHUS MARTONFI olim Episcopus Dei et Apost. Sedis Gratia M. Princip. Transsilvaniae etc. item ILL. COMES STEPHANUS HALLER DE HALLERKŐ hujus Cott. Comes Supremus, porro ac Dni. NOBILISSIMI JOH. NEMETZKI; ANTON. MELTZER et LADISLAUS MÉHESI Spani Metalli Fodinarum; item Dni. EXPER. MED. DOCTORES, utpote MICHAEL GRAEF Phys. Cameralis ad Maros-Varadja; JÓSEPHUS BARTOK Phys. Oppidi Abrudbánya et Sedriae montanae Senator et JOH. BARITZ Geographiae, Linguae Teutonicae et Artis Veterinariae Professor Ordinarius in Collegio N. Enyedensi, nec non Dnus. GRÜNEWALD Pharmacopola Zalathnensis Peritissimus et rei herbariae Deditus. In Cott. Torda ILLUSTR. COMES PAULUS TOROTZKAI DE TOROTZKO SZENT GYERGYO S. C. R. Apost. Maj. Camerarius et Supremus Judex Regius Sedis Sioulicalis Aranyas, porro ac Dn. NOBILISS. et EXPER. DR. OSZTROWITZ DE OSTROW Director Primarius Nobilium Oppidi Torda, officia sua perplurimis in rebus erga me adhibere haud intermiserunt. Ad Cott. Hunyaden-

sem securius et solertissime inquirendum ILL. LIBER BARO JOSIKA DE BARANYETSKA S. C. R. Apost. Maj. Camer. et Supremus Comes et reliqui Officiales Nobiles praeprimis b. JOH. LAZAR DE CSIK TAPLOTZA olim supremus Judex Nobilium in Circulo inferiore Marusiano curam optimam gerebant et eorum dispositionibus sincerrimis viatores fideles ab Officialibus Inferioribus ubique mihi suppeditare studuere. In plantarum inquisitione per Cott. Kolos D. EXPER. et JLLUSTR. SAMUEL PATAKI Consil. Regius Proto-Medicus Nostrae Provinciae et Consessus Medicorum Praeses, Patronus ac Amicus mihi Colendissimus officia sua in me lubentissime conferre voluit et Filium suum patre maxime dignum, rem herbariam amantem, ad vicina Kolosvár visitandi, adjunxit. In Oppido Kraszna ILLUSTR. WOLFGANGIUS DE CSEREI S. C. R. Apost Maj. Camerarius, Eques Aurei Calcaris et Praefectus Cohortis II^{dae} Pedestris Banderiae Nostrae Patriae, Promotor et Cultor artis botanicae indefessus me in suam amicitiam re recepit, et sua benevolentia sustentavit. In Districtu Kövár denique Dn. NOBIL. JOSEPHUS SZEBENI DE CSIK PÁLFALVA, Vice-Capitaneus et Dn. LADISLAUS KATONA Vice-Judex commeationes reliquas ulterius promoverunt.

Denique benevolentia officiisque expeditis non possum non gloriari, quod NOBILISSIMUS FRANCISCUS LAZAR Judex Regius Sedis Csik Superioris; ILLUSTR. STEPHANUS BÉLDI DE UZON S. C. R. Apost. Maj. Camerarius et Districtus Commissarii Provincialis Barcensis et NOBILISS. GEORGIUS FRANCISCUS KLOMPE a KRONENBERG Judex Primarius Barcensis Civitatis Districtua-

lisque cum Officialibus ad Oppidum Rosnyo, in promotione ulteriore per hocce solstitiale avidissime et sine recusatione me juvarint.

Plura addere non est modestiae meae, nec TUAE L. B. scio audire. Quos errores in hocce plantas describendi tomo forsan commissos TIBI, judici aequo, permitto dijudicandos corrigendosque. Caeterum illa TECUM communicabo omissa et manca emendare studebo pro meis viribus.

Sic vale et tomos operis reliquos tali modo elaboratos mox exspecta.

VINDOBONAE d. 14. Octbr. 1815.

CLASSIS I.

MONANDRIA

CONSPECTUS GENERUM.

A. FLORES HERMAPHRODITI.

Ordo I. Monogynia.

I. SALICORNIA. II. HIPPURIS.

Ordo II. Digynia.

III. CALLITRICHE. IV. BLITUM.

B. FLORES ANDROGYNI.

Ordo I. Monogynia.

V. ARUM. VI. CALLA.

Ordo II. Pentagynia.

VII. CHARA.

Ordo III. Polygynia.

VIII. ZANNICHELLIA.

CLASSIS I.

MONANDRIA.

A. FLORES HERMAPHRODITI.

Ordo I. Monogynia.

I. SALICORNIA. L. G. 14: *Glasschmalz.* Germ *Glasswort.* Angl. *La Soude.* Gall. *Szalikornia.* Hung.

CH. GEN. *Cal.* et *Cor.* o. Squamae *Amenti* ternae partes fructificationis includentes. *Stigm.* bifidum. *Sem.* 1.

herbacea. L. 1. S. patula; articulis apice compressiusculis emarginatis bifidis; spicis axillaribus oppositis, pedunculatis; squamis obtusis; stigmate bifido (*raro simplici*). *Fl. Dan.* t. 303. *S. acetaria P. Hal.* I. p. 7. t. I. et II. (male picta).

Herbaceous Glasswort; *Saltwort*; *Seagrafs*; *Marsh Samphire*; *Common Sea-shore.* A. *La Soude vulgaire*; *la Salicote.* G. *Krautartiges Glasschmalz*: *Meersalzkraut.* G. *Leveletlen Scalikornia*; *Fünemü tengerisósika.* H. *La Salicornia erbacea*, *o la Soda.* I.

Prope Salinas, nempe ad Vizakna, Parajd, Kolos, Torda etc. item in Agris cultis neglectisque versus Oppidum Köhalom; in Pratis salsis Sedis Udvarhely, scil. prope Pagos.

sem securius et solertissime inquirendum ILL. LIBER BARO JOSIKA DE BARANYETSKA S. C. R. Apost. Maj. Camer. et Supremus Comes et reliqui Officiales Nobiles praeprimis b. JOH. LAZAR DE CSIK TAPLOTZA olim supremus Judex Nobilium in Circulo inferiore Marusiano curam optimam gerebant et eorum dispositionibus sincerrimis viatores fideles ab Officialibus Inferioribus ubique mihi suppeditare studuere. In plantarum inquisitione per Cott. Kolos D. EXPER. et JLLUSTR. SAMUEL PATAKI Consil. Regius Proto-Medicus Nostrae Provinciae et Consessus Medicorum Praeses, Patronus ac Amicus mihi Colendissimus officia sua in me lubentissime conferre voluit et Filium suum patre maxime dignum, rem herbariam amantem, ad vicina Kolosvár visitandi, adjunxit. In Oppido Kraszna ILLUSTR. WOLFGANGIUS DE CSEREI S. C. R. Apost Maj. Camerarius, Eques Aurei Calcaris et Praefectus Cohortis II^dae^ Pedestris Banderiae Nostrae Patriae, Promotor et Cultor artis botanicae indefessus me in suam amicitiam re recepit, et sua benevolentia sustentavit. In Districtu Kövár denique Dn. NOBIL. JOSEPHUS SZEBENI DE CSIK PÁLFALVA, Vice-Capitaneus et Dn. LADISLAUS KATONA Vice-Judex commeationes reliquas ulterius promoverunt.

Denique benevolentia officiisque expeditis non possum non gloriari, quod NOBILISSIMUS FRANCISCUS LAZAR Judex Regius Sedis Csik Superioris; ILLUSTR. STEPHANUS BÉLDI DE UZON S. C. R. Apost. Maj. Camerarius et Districtus Commissarii Provincialis Barcensis et NOBILISS. GEORGIUS FRANCISCUS KLOMPE a KRONENBERG Judex Primarius Barcensis Civitatis Districtua-

lisque cum Officialibus ad Oppidum Rosnyo, in promotione ulteriore per hocce solstitiale avidissime et sine recusatione me juvarint.

Plura addere non est modestiae meae, nec TUAE L. B. scio audire. Quos errores in hocce plantas describendi tomo forsan commissos TIBI, judici aequo, permitto dijudicandos corrigendosque. Caeterum illa TECUM communicabo omissa et manca emendare studebo pro meis viribus.

Sic vale et tomos operis reliquos tali modo elaboratos mox exspecta.

VINDOBONAE d. 14. Octbr. 1815.

CLASSIS I.

MONANDRIA

A

CONSPECTUS GENERUM.

A. FLORES HERMAPHRODITI.

Ordo I. Monogynia.

I. SALICORNIA. II. HIPPURIS.

Ordo II. Digynia.

III. CALLITRICHE. IV. BLITUM.

B. FLORES ANDROGYNI.

Ordo I. Monogynia.

V. ARUM. VI. CALLA.

Ordo II. Pentagynia.

VII. CHARA.

Ordo III. Polygynia.

VIII. ZANNICHELLIA.

CLASSIS I.

MONANDRIA.

A. FLORES HERMAPHRODITI.

Ordo I. Monogynia.

I. Salicornia. L. G. 14. *Glasschmalz.* Germ *Glasswort.* Angl. *La Soude.* Gall. *Szalikornia.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* et *Cor.* o. Squamae *Amenti* ternae partes fructificationis includentes. *Stigm.* bifidum. *Sem.* 1.

herbacea. L. 1. S. patula; articulis apice compressiusculis emarginatis bifidis; spicis axillaribus oppositis, pedunculatis; squamis obtusis; stigmate bifido (*raro simplici*). *Fl. Dan.* t. 303. *S. acetaria P. Hal.* I. p. 7. t. I. et II. (male picta).

Herbaceous Glasswort; *Saltwort*; *Seagrass*; *Marsh Samphire*; *Common Sea-shore.* A. *La Soude vulgaire*; *la Salicote.* G. *Krautartiges Glasschmalz*: *Meersalzkraut.* G. *Leveletlen Scalikornia*; *Fünemü tengerisósika.* H. *La Salicornia erbacea*, o *la Soda.* I.

Prope Salinas, nempe ad Vizakna, Parajd, Kolos, Torda etc. item in Agris cultis neglectisque versus Oppidum Köhalom; in Pratis salsis Sedis Udvarhely, scil. prope Pagos.

Homoród Sz. Pál. Péter et Márton. Jun. Aug. A.

Obs. *Calyx* e squamulis ventricosis constans.

II. HIPPURIS L. G. 15. *Tannenwedel.* Germ. *Horse - tail.* Angl. *La Pesse d'Eau.* Gal. *Lófarkfü.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* superus, pusillus, margine bilobus germenque coronans. *Cor.* o. *Stam.* intra lobum anteriorem. *Anth.* semibifidae. *Stigm.* simplex, acutum, *Recept.* clausum, ovato-globosum, uniloculare. sem. 1. subrotundum.

vulgaris L. 2. H. Caule cubitali simplicissimo, erecto; foliis verticillatis octonis plurimisque linearibus acutis. *Fl. Dan.* t. 87. E. B. t. 763.

Common Horse tail. Mares - tail, A. *La Queue de Cheval femelle.* G. *Gemeiner Tannenwedel.* G. *Il Poligono s. La Corregiola femina.* I. *Közönséges lófarkfu*; *Vizilófark.* H.

In Piscinis neglectis prope Oppid. Sz. Agatha et juxta Köhalam, ibidem im todten Alt. Jun. Aug. P.

Ordo II. Digynia.

III. CALLITRICHE. L. G. 17. *Wasserstern.* Germ. *Water - Star.* Angl. *Le Gallitric.* Gall. *Vizitsillagfü.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* o. *Cor.* 2 - petala, petalis lunatis, incurvis. *Filam*: longum, incurvum. *Stigm.* simplicia. *Sem.* 4. quadrangulari - oblonga.

verna L. 3. C. Foliis omnibus ovalibus, apice integerrimis, petiolatis, oppositis; superioribus in rosulam digestis; floribus androgynis. *Fl. Dan.* t 129.

Vernal Starwort. A. *Le Callitric printanier.* G. *Frühlings - Wasserstern.* G. *Tavaszi vízitsillag*; *Motsári lentsefü.* H.

In Fossiculis Stagnisqae ubique cum sequente Apr. Maj. A.

intermedia Schkh. 4. C. Foliis superioribus ovali-

bus in rosulas congestis, reliquis linearibus, retusis, omnibus apice bifidis; floribus androgynis. *Schkh* t. 1. f. 2. C. *dubia Hoffm.*
Le Callitric intermédiaire. G. *Mittlerer W* — G. *Közép vízitsillag.*
autumnalis L. 5. C. Foliis omnibus linearibus, basi connatis, apice bifidis, retusis; floribus androgynis; *superioribus* masculis, *inferioribus* femineis; seminibus nudis. Schkh. t. 1. e.
Autumnal Starwort. A. *Le Callitric automnal* G. *Herbst-W* —. G. *Öszi vízitsillag.* H.
In fossiculis pratensibus nemoralibusque ac in Piscinis frequens. Aug. Octbr. A.
IV. BLITUM. L. G. 18. *Schminkbeere*, Germ. *Blite*, Angl. *La Blette*, *Arroche-fraise*, Gall. *Eperjpnréj.* Hung.
CH. GEN. *Cal.* persistens. *Cor.* o. *Stigm.* 2 *Caps.* tenuissima calyce baccato tecta. *Sem.* globosum, compressum.
virgatum L. 6. B. Caule pedali, erecto, glabro; foliis triangularibus, basi profunde dentatis; capitulis sparsis lateralibus, *summis* foliosis; calycibus baccatis; baccis exsuccis saturate rubris. *M. H.* 3. s. 5. t. 32. f. 2.
Common Blite. A. *La Blette d'Espagne, ou vulgaire.* G. *Gemeine Schminkbeere, Erdbeerspinat.* G. *Tatár eperjparej.* H.
Juxta Segesvár, ibidem prope Ripam Cochelii Majoris et in Oppido Köhalom nempe in Ruderatis etc. Jun. Jul. A.

B. FLORES ANDROGYNI.

V. ARUM. *L. G.* 1387. *Aron*, Germ. *Arum.* Angl. *L'Aron ou le Gouet*, Gall. *Arongyökér.* Hung.
CH. GEN. *Spath.* 1-phylla basi convoluta. *Spadix* cylindricus, androgynus, apice nudus, medio staminiferus, basi fructiferus. *Cal.* et *Cor.* o. *Bacca* unilocularis, monosperma.

maculatum. L. 7. A. acaule; spadice cubitali erecto, clavato, spatha breviore; foliis radicalibus hastato - sagittatis, lobis deflexis; baccis succulentis, scarlatinis Fl. Dan, t. 505. *Arum vulgare*. *De Cand. Synops.* p. 149 n. 1812.

Maculated Arum. *Wake - robin*. A. *L'Aron maculé*; *le Gouet commun*; *le pain de Lièvre*. G. *Gefleckter Aron*; *deutscher Ingber*; *kleines Schlangenkraut*. G. *Aronszákalla*; *Borjúlábjú*; *Süjjü*. H. Il *Aro maculoso*. I.

In Nemoribus umbrosis ad Segesvár scil. versus *Fuchsloch*; it. *Schleifengraben*; item prope Köhalom et Bonyha in Sylva versus *Sz. Bernhard*. Maj. P.

VI. CALLA. L. G. 1388. *Calla* Angl. et Gall. et Germ. *Kalla* Hung.

Ch. Gen. *Spath* monophylla, ovata, plana. *Spad.* oblongus undique staminibus tectus. *Cor.* et *Cal.* o. *Bacc.* multilocularis bi vel polysperma.

palustris L. 8. C. Spadice undique flosculis mixtis tecto; spatha plana; foliis cordatis brevi acuminatis. *Fl. D.* t. 422.

Marsh - Calla. A. *La Calla des Marais*. G. *Europäisches Schlangenkraut*; *Wasseraron*; *Drachenschwanz*. G. *Motsári Kalla*. H. *Il Aro aquatico*. I.

In Paludosis prope Csik-Szereda et Brasso etc, Jun. Jul. P.

Ordo II. Pentagynia.

VII. CHARA. L. G. 1397. *Armleuchter*. Germ. *Water - Shave - grass*. Angl. *La Charagne*. Gall. *Kargyertyatarto*. Hung.

Ch. Gen. *Andr.* vel *Hermaphr.* *Cal.* et *Cor.* o. *Anth.* sessilis, globosa, germini inserta, non dehiscens. *Fem.* *Cal.* 2- 5 - phyllus *Cor.* et *Styl.* o. *Stigm.* 5. Nux spiraliter striata, 1 - locularis polysperma. *Sem.* globosa, minutissima.

vulgaris *L.* 9. Ch. Caule foliisque e griseo viridibus, caulibus ramosissimis; ramis spiraliter

striatis; foliis verticillatis, striatis intusque dentatis. *Fl. D.* t. 150. *Hedw. Th.* 2. t. 34. 35.

Common Water - Shavegrass. A. *La Charagne vulgaire.* G. *Gemeiner Arml.* — G. *Közönséges kargyertyatartó.* H.

In Stagnis juxta Köhalom ibidem *im todten Alt*; in Piscinis paganis ad Segesd, Fejéregyháza etc. Jun. Jul. A.

hispida L. 10. Ch. Caulibus ramosis, capillaribus, aculeis stellatis armatis, fragilibus, spiraliter striatis; foliis verticillatis, aculeatissimus. *Fl. D.* t. 154.

Prickly Schave - grass —. A. *La Charagne herissée.* G. *Borstiger Arml.* — G. *Szörös kargyertyatartó.* H.

In Scrobibus limosis stagnantibusque versus Segesd et in Fossiculis elatioribus, nempe in Sede Háromszék versus Montem *Büdös.* Jul. Aug. A.

flexilis ROTH. 11. Ch. Caulibus inermibus, longis, ramosis, filiformibus, flexilibus, geniculatis, diaphanis; foliis verticillatis, flexilibus, linearibus, apice bifidis; nucleis axillaribus lateralibusque. *Schkh.* t. 280. *Schmied.* t. 14. E. B. t. 1070.

Smooth. Shave - grass. A. *La Charagne flexile.* G. *Gebogener Arml.* — G. *Hajlós kargyertya tartó.* H.

In Fossis Aquisque stagnantibus circa Szász-Város et in Piscinis juxta Torda. Jul. Aug. A.

intricata ROTH. 12. Ch. Caulibus inermibus, ramosis, diaphanis; ramis intricatis; foliis verticillatis, tenuibus, apice integris. *Roth. Cat.* 2. 125.

Twisted Shave - grass. A. *La Charagne embrouillée.* G. *Verwickelter Arml.* G. *Öszvekevert kargyertyatartó.* H.

In Fossiculis limosis et Stagnis prope Opp. Gyergy' ó - Sz. Miklós et juxta Pagos Remete et Szárhegy etc. Jul. Aug. A.

Ordo III. POLYGYNIA.

VIII. ZANNICHELLIA. L. G. 1391. *Zannichellie.* Germ. *Lakeweed.* Angl. *La Zannichelle*, Gall. *Galáz.* Hung.

CH. GEN. MASC. *Cal.* et *Cor. o. Anth.* sagittata. FEM. *Cal.* 1 phyllus *Cor. o. Germ.* 4. s. 8. corniculata. *Stigm.* ovata, plana. *Caps.* rostratae, compressae, gibbosae, sessiles, extus crenulatae.

palustris. L. 13. Z. Caule filiformi, geniculato, ramosissimo; foliis oppositis linearibus, glabris; stamine ad foliorum alas pedicellato, anthera 4. loculari; stigmatibus integerrimis; capsulis monospermis, subcurvis; seminibus dorso denticulatis. *Fl. Dan.* t. 67. *Schkh.* t. 80.

Horned Lake weed. A. *La Zannichelle des Marais.* G. *Sumpf-Zannichellie.* H. *Motsári galáz.*

In Stagnis et Lacubus valde vulgaris. Jul. Aug. P.

CLASSIS II.

DIANDRIA.

CONSPECTUS GENERUM.

Ordo I. Monogynia.

IX. LIGUSTRUM.
X. SYRINGA.
XI. VERONICA.
XII. PAEDEROTA.
XIII. GRATIOLA.
XIV. PINGUICULA.
XV. UTRICULARIA.
XVI. LYCOPUS.
XVII. SALVIA.
XVIII. CIRCAEA.
XIX. LEMNA.
XX. FRAXINUS.
XXI. SALIX.

CLASSIS II.

DIANDRIA.

Ordo I. Monogynia.

a. Flores hermaphroditi, inferi, monopetali, regulares.

IX. **Ligustrum**, L. G. 23. *Rheinweide.* G. *Privet.* A. *Le Troëne.* G. *Fagyalfa.* H.

Ch. Gen. *Cal.* 4. dentatus. *Cor.* infundibuliformis, margine 4 - fida. *Antrum* carnosum, subglobosum, 2 - loculare; valvulis 2 - spermis.

vulgare L. 14. L. Foliis lanceolato - subacutis s. ovatis, glabris, integerrimis; thyrso paniculato; paniculis coarctatis; pedicellis oppositis; floribus niveis; baccis nitidis, atris. *Fl. Dan.* t. 1141.

Common Privet; *Print.* A. *Le Troëne commun*; *le Fresillon.* G. *Gemeine R. Dintenbeerstrauch.* G. *Közönséges Fagyalfa*; *Madárhúr.* H. *Cambrossera*; *Guistriço*; *Olivella*; *Olivetta*; *Rovistico.* I. *Málin nyegru.* Val.

Ad Sepes Hortorum Pratorumque; item in Dumetis elatioribus; ac quoque Nemoribus montosis atque ad margines Vinearum vulgatissime, Maj. Aug. Fr.

X. SYRINGA. L. G. 23. *Flieder.* G. *Lilac. Pipe-tree.* A. *Le Lilas.* G. *Orgonafa.* H.

Ch. Gen. *Cal.* 4 - dentatus. *Cor.* infundib. limbo 4-fido. *Stigm.* 2 - fidum. *Caps.* 4 - locularis, 4-valvis, margine dehiscens. *Sem.* solitaria, oblonga, obtusa, margine membranaceo cincta.

vulgaris L. 15. S. Foliis ovato - cordatis, integerrimis, petiolatis, alternis, glabris; floribus e violaceo - caeruleis, passim - niveis. Schkh. t. 2. a. n. g.

Common Lilac; Pipe - tree. A. *Le Lilas commun; La Queue de Renard.* G. *Blauer Spanischer* Fl. *Huck auf die Mugd.* G. *Borostyánfa; Szelentzefa.* H. *Lila; Malin rosu; Szkumpine.* V.

In Hortis, Muris vetustis, Pomariis, Dumetis Rupestribusque et ad Sepes valde communis. Maj. Jun. Fr.

b. Flor. hermaph. inferi, monopetali, irregulares. Fructus capsulares.

XI. VERONICA. L. G. 22. *Ehrenpreis.* Germ. *Speed - well.* A. *La Véronique.* G. *Ditsöfü; Verónika.* H.

Ch. Gen. *Cal.* 4. vel 5 - partitus. *Cor.* rotata; limbo 4 - fido; *lacinia infima* angustiore. *Caps.* 2 - locularis, obcordata, compressa, solitaria. *Valv.* polyspermae.

* FLORIBUS TERMINALIBUS SPICATO-RACEMOSIS.

a. Caule herbaceo.

spuria. 16. *V.* Caule tereti pedali; foliis ternis, subpetiolatis, aequaliter serratis, ovato - lanceolatis; spicis laxioribus; calycinis laciniis aequalibus, linearibus obtusis. W. et K. t. 102.

Bastard Speed - well. A. *La V. Batarde.* G. *Unächter E* — G. *Fattyu ditsöjű.* H. *La Veronica spuria.* I.

In Sylvis montosis pratensibusque post Brassó nempe in via versus passum *Tömös.* Jun. Jul. P.

longifolia. Schrad. 17. V. Caule pedali altioreque erecto, pubescenti - tomentoso; foliis oppositis, ternis quaternisve; cordato - lanceolatis, acuminatis, duplicato - serratis, serraturis inaequalibus, acutis; spicis erectis, laxis; bracteiscalycinis laciniis inaquaelibus superantibus, linearibus, acuminatis. *Schr. Ver.* t. 2. f. 1.

Long - Leaved Speed - well. A. *La V. à feuilles longues.* G. *Langblättriger E.* — G. *Hoszszú-levelű ditsöfű.* H.

In nemoribus umbrosis humidisque versus *Zeiden.* Jun. Aug. P.

media Schrad. 18. V. Caule pedali, erecto, piloso; foliis oppositis, petiolatis, lato - lanceolatis, duplicato - inaequaliter serratis, apice acuminatis; spicis elongatis; laciniis calycinis inaequalibus, integerrimis; pedunculis calyce brevioribus. *Riv.* t. 98 — *B. Lips.* t. 1.

Long - Spiked Speed - well. A. *La V. médiaire.* G. *Mittlerer E* — G.

In nemoribus prope fossiculos *im Zeidner Walde* et prope piscinas neglectas ad Köhalom ibidem *am todten Alt.* Jul. Aug. P.

foliosa Waldst. 19. V. Caule pedali, erecto; foliis ternis quaternisve ovatis s. ovato - lanceolatis, subduplicato - serratis, serraturis inaequalibus; racemis elongatis, laxis, erectis, bracteis lanceolatis; calyce quadripartito; laciniis oblongo - ovatis, obtusis, inaequalibus. W. et K. t. 101.

Leafy - Speed - well. H. *La V. feuillée.* G. *Beblätterter E.* — G. *La Veroniva foliosa.* I.

In nemoribus saxosis post Rodna ibidem versus montem *Lapadna*; item in herbidis pratensibus prope Kolosvár *die Heuwiesen* et juxta

Borband scil. in locis *Billak* etc. copiose. Jul. Aug. P.

neglecta Vahl. 20. V. caule cubitali, erecto, simplici, incano-tomentoso; foliis crassis, albo-tomentosis, oppositis, oblongis, utrinque angustis, *rad.* petiolatis, obtusis, crenatis; *caul.* semiamplexicaulibus, *summis* sessilibus, acutiusculis; spicis densis, erectis, alternis, terminali reliquis multo longiore, bracteis flosculis subaequalibus; calycinis laciniis obtusiusculis, 4, inaequalibus; corollis e violaceo-caeruleis. V. *incana. Vahl En. n.* 11. W. er K. t. 244. *Gm. S.* 3. n. 35 *Biebr.* C. I. n. 16.

La Véronique négligée. G. *Vernachlässigter E.* — G.

In graminosis montibus v. c. in Cott. Alb. infer. nempe in loco *Billak.* Jun. Jul. P.

spicata. L. 21. V. caule adscendente, cubitali altioreve, simplicissimo, hirsuto; foliis petiolatis *inferioribus* oppositis, *reliquis*, alternis, omnibus lanceolatis, obtusis crenatis; caulinis attenuatis; spica solitaria, passim duplici basi densa. *A. H.* l. p. 346 ic. 3.

Male, or *Upright-Spiked Speed-well*; *Smallest Fluellin.* A. *L. V. à épi*; ou *la Queue de Chát.* C. *Aehrenblumiger E.* — G. *Kalászforma ditsöfü*; *kék matskafark.* H. *La Veronica con un grappolo.* I.

In pomariis et pratis montosis juxta Sz. Ersébeth; Segesvár; Köhalom alibique valde communis. Aestate. P.

orchidea Crantz. 22. Caule pedali altioreve stricto, tereti, inferne subglabro; dein pubescente; foliis oppos. *rad.* in petiolum decurrentibus, oblongo-obovatis, crenulatis, apice basique integerrimis; *caul.* sessilibus, lanceolatis basi angustioribus subcrenatis; *flor.* integerrimis; spica passim solitaria saepius 3 pluribusque; lateralibus suboppositisque longe pedunculatis, terminali reliquis altiore; bracteis lineari-lanceolatis, calycem mox superantibus, mox

aequantibus; calycinis laciniis obtusiusculis, 2 superioribus brevioribus; laciniis corollae rotatae e violaceo caeruleae linearibus, inaequalibus, tortuoso-conniventibus. *Cr. A.* p. 334.

V. cristata *Bernh.* V. p. 14. V. I. erectior latifolia. *Cl. H.* 2 p. 546. ic. A. Ej. *Pann.* p. 619. icon. sub. V. II.da

Knabenkrautartiger E. —G.

Prope nemorum elatiorum margines ad Segesvár, et in herbidis salinis humidis subalpinisque frequens. Iul. Aug. P. *Rad.* repens.

hybrida L. 23. V. Caule pedali, simplici, erecto, hirsuto; foliis omnibus oppositis, scabris, breviter petiolatis; *inferior.* ovato-lanceolatis, obtusis. *summ.* minimis, lanceolatis, aequaliter serratis; spicis oblongis, laxis: pedunculis calyce 3-s. 4-plo-longioribus, hirsutis; laciniis calycinis 4, aequalibus. *Schr. Jour.* 1799. t. 3 — *Barr. Obs.* 155. t. 891.

Spurious or *Welsh Speed-well*; *Bugle-leaved Speed.well.* A. *Lá V. batarde.* G. *Unächter E.* — G. *Korts Ditsöfü.* H. *La V. bastarda.* I.

In pratis montosis *die Mezöség* et in S. Udvárhely versus aquam mineralem Lövéte. Jul. Sept. P.

officinalis L. 24. V. Radice horizontali, repente; caule procumbente demum adscendente, hirsuto; foliis oppostis, obovato-subrotundis, serratis, petiolatis, villosis; floribus laxis, pedunculatis. *Fl. D.* t. 245. *Bw.* t. 148.

Speed-well; *Fluellin.* A. *La V. mâle*; *la Thee d'Europe.* G. *Apotheker-Ehr.* — G. *Patikai verónika*; *Dizöségesfü*; *Erdei sálya.* H. *La Veronica speziale.* I. *Verónike*; *Ventrilíka.* V.

In Nemoribus montosis subalpinisque ubique. Maj. Jul. P.

serpyllifolia. *L.* 25. Caule procumbenti-erecto, tereti, ramoso; foliis oppositis, breviter petiolatis, ovatis, obtusis, crenatis, glabris,

summis integerrimis; racemo subspicato, pedicellis erectis; calycinis laciniis subaequalibus, *Fl. D.* t. 492. E. B. t. 1076.

Var. 3. *major*. Foliis majoribus rotundioribus.

Smooth Speed-well. Paul's Betony. A. *La V. serpolet.* G. *Quendelblätter E —.* G. *Kakuklevelü ditsöfü.* H.

In Pratis humidis et Sylvis graminosis ubique. β. in Herbidis subalpinis Barcensibus etc. frequens. Maj. Septbr. P.

b. Caule fruticuloso.

fruticuloca WULF. 26. V. Caulibus basi lignosis, procumbentibus, ramosis, ramulis annuis erectis, simplicibus; foliis oppositis: *inferioribus* subpetiolatis, obovatis, obtusis crenatis; *superioribus* oblongo - lanceolatis, obtusiusculis, serrulatis; racemo terminali multifloro; pedicellis alternis; calycinis laciniis subaequalibus acutis. *J. Coll.* I. p. 229. t. 5. — *Cl. H. I.* p. 347. ic.

Shrubby Speed-well. A. *La V. à souche ligneuse.* G. *Stauden E —.* G. *Tsemetés ditsöfü; Kórós verónika.* H. *La Veronica legnosa.* I.

In Alpibus rupestribus scil. versus Szuruluj et Butschetsch. Jul. Aug. Fr.

** FLORIBUS TERMINALIBUS CORYMBOSO-RACEMOSIS.

saxatilis L. 27. V. Caulibus fruticulosis, ramoso-diffusis; foliis planis integerrimis, glabris, ciliatis: *superioribus* oblongo- obovatis, obtusis; *inferioribus* obovatis; corymbo paucifloro; pedicellis oppositis, bracteas superantibus; calycinis laciniis obtusis, V. *fruticulosa.* *Fl. D.* t. 342.

Stone Speed-well. A. *La V. des pierres.* G. *Steinliabender E.—* G. *Köfali ditsöfü.* H.

In Alpibus petrosis Barcensibus, nempe la Wârfulo Jetziluj; in Bistriciensibus ibidem in Monte Pjétroszul. Jul. Aug. Fr.

**petraea* 28 V. Caule simplici, digitali, erecto, glabro, apice corymbo dichotomo terminante; foliis *inferioribus* oppositis, sessilibus, ovalibus s. lanceolatis, serratis, *summis* alternis, semiamplexicaulibus, lineari-lanceolatis; pedunculis filiformibus, erecto-patulis; unifloris; calycinis laciniis aequalibus; corollis calyce duplo majoribus, pallide caeruleis.

Rock Speed-well. A. *La V. des rochers.* G. *Felsenliebender E.* — G. *Kőszáli ditsőfű.* H.

In Alpibus petrosis intra Rupium fissuras scil. la Wârfulo Szuruluj, Moaschi, Foti, Thetzla, Butschetsch, Piétroszuluj. etc. Jul. Sept. P.

alpina. L. 29. V. Caul simplici, nano, corymbo paucifloro terminante; foliis oppositis, oblongo-lanceolatis, acutis, dentatis; calycibus capsulisque hispidis. V. *pumila All.* ped. t. 22. f. 5. Var. β. Foliis elliptico-ovatis integerrimis. *Fl. D.* t. 16.

Alpine Speed-well. A. *La V. des Alpes.* G. *Alpen-E*—. G. *Alpesí ditsőfű.* H.

In alpibus Barcensibus ibidem *auf dem Schullergebürge* et la Wârfulo Butschetsch. Jul. Aug. P.

integrifolia Schrank 30. V. caule digitali breviore, simplici, corymbo terminali, hirsuto; foliis oppositis, ovatis, obtusis, integerrimis, ciliatis; calycibus pilosis. *V. alpina Kr. Sil.* n. 28. t. 3.

La V. à Feuilles entières. G. *Ganzblättr. E.* — G. *Egeslèvelű ditsőfű.* H.

utriculosa L. 412. G. scapo procumbenti-erecto, simplici ramosoque, unifloro; foliis congestis, petiolatis, oblongo-ovatis, lanceolatis, subdentatis; calycibus carinato-plicatis, alatis, corollis 5-fidis, hypocrateriformibus. *Fr. Gent. n.* 26. *Barr. rar.* 18. *ic.* 122. *f.* II.

La Gentiane utriculée. G. *Schlauchartiger E.* G. *Tömlőforma entzián.* H.

In alpibus Suruluj, Thetzla, Bucesc. Jul. Aug. P.

bavarica L. 413. G. scapo subnullo v. pusillo, foliis radical. in rosulam congestis, imbricatis, spathulato-ovatis, reliquis oblongo-ovatis, obtusis; calycinis laciniis lineari-lanceolatis, corolla 5-fida, infundibuliformi, serrata. *Schmidt. R. Arch.* I. *t.* 5. *f.* 12. *Gent. Bavar. minor. Barr.* 27. *ic.* 101. *f.* II.

La Gentiane de Bavarie. G. *Baierischer E.* G. *Bajorországi entzián.* H.

In alpibus Barcensibus nempe *Schülergebirge*, Bucesc. Jul. Aug. P.

nivalis Jacq. 414. G. caule flexuoso-erecto, angulato-striato, ramoso, ramis alternis unifloris; foliis radical. deltoideo-ovatis, confertis, caul. oppositis, amplexicaulibus, oblongo-lanceolatis; calycibus carinato-5-gulatis, corollis 5-fidis, infundibuliformibus. *E. B. t.* 896. *Fl D. t.* 17. *G. nana J. Misc.* t. 1. *p.* 161. *t.* 18. *f.* 3.

Var. β. G. radice multicauli, caulibus 1-floris nanis, foliis radical. obtuse cordatis, caulinis oblongo-lanceolatis.

Snow Gentian. A. *La Gentiane perce-neige.* G. *Schnee-E.* G. *Havasi entzián.* H.

In alpibus summis, nempe Wârfulo Surului, Gaure de Lotri, Thetzla, Bucesc. Jul. Aug. A.

pumila Jacq. 415. G. scapo nano, 1-floro, foliis lanceolato-linearibus, corolla 5-fida, infundibuliformi, subserrata. *J. A. t.* 302. *Gent.* XI. *Cl. Pann. p.* 291. *ic.*

Dwarf Gentian. A. *La Gentiane naine.* G. *Zwerg-E.* G. *Törpe entzián.* H.

In alpibus Barcensibus Bucesc, *Schülergebirge*, Piatrâ-Mare etc. Jul. Aug. P.

*** COROLLIS FAUCE SQUAMIS CAPILLACEO-MULTIFIDIS, ACUTIS, 5-FIDIS.

germanica Willd. 416. G. caule subcubitali, tereti, striato, ramoso, ramis internodiis longioribus, multifloris; foliis *radical.* spathulato-ovatis, *caul.* ovato-lanceolatis, amplexicaulibus, laciniis calycinis aequalibus, lineari-acutis, corollis 5-fidis, hypocrateriformibus, barbatis, laciniis ovato-acutis. *G. amarella Roth et Fl. D. t.* 328.

German Gentian. A. *La Gentiane d'Allemagne.* G. *Teutscher E.* G. *Német entzián.* H.

In pratis montosis prope Köhalom, Brassó. Jul. Aug. A.

Amarella L. 417. G. caule breviore, erecto, tetragono, atro-sanguineo, ramoso, ramis internodiis brevioribus; foliis semiamplexicaulibus ovato-lanceolatis; calycinis laciniis subaequalibus, corollis 5-fidis, hypocrateriformibus, barbatis, laciniis lanceolato-acutis. *R. Arch. I. t.* 5. *f.* 13. *Hippion axillare*, *Schm. Boëm. n.* 129. *E.* B. *t.* 236.

Autumnal Gentian. A. *La Gentianelle.* G *Seitenblüthiger s. kleiner Feld-E.* G. *Kis-Föld-epe.* H.

In pratis montosis juxta Veres-patak, Talmâts, et Segesvár, scil. in via pedestri versus Attilasloch ibidem post *gelben Berg.* Jul. Aug. A.

**** COROLLIS 4-FIDIS, HYPOCRATERIFORMIBUS, FAUCE BARBATIS NUDISVE.

campestris L. 418. G. caule palmari, angulato-compresso, glabro; foliis amplexicaulibus, oppositis, ovato-lanceolatis, calycinis laciniis binis, majoribus, acutis, reliquis lineari-lanceola-

tis, argute crenatis, corollis 4-fidis, obtusis, fauce barbatis, staminibus 4. *Fl. D. t.* 364. *E.* B. *t.* 237.

Field Gentian. A. *La Gentiane des champs.* G. *F ld-E.* G. *Mezei entzián.* H.

In subalpinis herbidis Bistriciensibus nempe Wárfulo Grujul et Gura Hajta. Aug. Septbr. P.

ciliata L. 419. G. caule erecto, flexuoso, angulato, glabro, subramoso, ramis raris, erectis, foliis amplexicaulibus, lineari lanceolatis; floribus terminalibus solitariis, magnis, caeruleis, pedunculatis, calyce 4-fido, corollae laciniis 4, serratis, marginibus medio inciso-ciliatis, apice crenato-serratis. *J. A.* t. 113. B. *M. t.* 639. *Barr. n.* 15- *ic.* 97. *f. I. et ic.* 121.

Ciliated Gentian. A. *La Gentiane ciliée.* G. *Gefranzter Enzian*; *Himmelstengel.* G. *Szemszörös entzián.* H.

In umbrosis montosis juxta Brassó ibidem *am Kapellenberg* et versus *Schülergebirge*, in nemoribus juxta N. Brunn; item in pomariis elatioribus umbrosisque prope Segesvár scil. *im Ripploch.* Aug. Octbr. P.

** Flores incompleti v. hermaphroditi v. polyclini.

CVIII. HERNIARIA. L. G. 434. *Bruchkraut G. Rupture-wort* A. *L'Herniaire* G. *Portsfü* H.

Ch. Gen. *Cal. persistens*, 5 partitus, patens, intus coloratus. *Cor.* o. *Stam.* 5, sterilia. *Caps.* pusilla calyce tecta, ovata, corticata, polysperma.

glabra L. 420. H. caulibus prostratis, terrae adpressis, ramosissimis, dichotomis, foliis oppositis, subpetiolatis ovato-lanceolatis, glabris, floribus sessilibus, axillaribus, glomeratis bracteisque auctis. *Fl. D. t.* 529. E. *B. t.* 206.

Smooth Rupture-wort. A. *L'Herniole.* La *Turquette.* *La petite Corrigiole.* G. *Glattes B.*;

Harnkraut; *Jungferngras*; *Tausendkorn*; *Kleiner Wegetritt*. G. *Kis v. Sima portsfü.* H. *La Millegrana liscia*, *o Correggiuola minore*. I. *Jarba Fècio éi*. V.

In arenoso-lapidosis juxta A. Szombathfalva ibidem *im Wildgarten*. Aug. Septbr. A.

hirsuta L. 421. H. herbacea, caulibus procumbenti-repentibus, cespitosis, ramosissimis, hirsutis, fol. ovatis, subtus hispidis; florib. axillaribus glomeratis, paucifloris, setòsis. *E. B. t.* 1379.

Hairy Rupture-wort. A. *La Herniaire velue*. G. *Rauhes Harnkraut*. G. *Borzas portsfü*. H.

Ad agrorum semites et in arvis glareosis versus Karoly-Fejérvár alibique aestate. A.

CIX. CHENOPODIUM. L. G. 435. *Gänsefuss*. G. *La Patte d'oie*. G. *Goose-Foot*. A. *Ludlábfü*. H.

Ch. Gen. *Flor.* omnes hermaphrod. *Cal.* persistens, 5-gonus, 5-partitus. *Cor.* o. *Styl.* 2-v. 3-partitus. *Sem.* 1, superum, lenticulare.

* FOLIIS ANGULOSIS.

Bonus Henricus. L. 422. Ch. caule suberecto, sulcato, striato, sanguineo, foliis petiolatis, triangulari-sagittatis, integerrimis, subtus farinosis; spicis compositis, oblongiusculis, axillaribus, aphyllis, floribus e viridi-flavescentibus, bractea subulata interstinctis. *Fl. D. t.* 579. *E. B. t.* 1033.

Common Englisch Mercury; *Good Henry*, *or All-good*. A. *La Patte d'oie ordinaire*, *ou le Bon Henri*. G. *Dorfgänsefuss*; *Englisch Bingelkraut*; *Guter s. stolzer Heinrich*; *Hackenschaar*; *Allgut*; *Hundemelde*; *Lämmerohren*; *Wilder Feldspinat*. G. *Kenöfü*; *Kenölúdlábfü*; *Vad spinátz*. H. *L'Erba infarinata*; *Il Enrico buono*. I. *Iarba infárinata*. V.

In plateis urbanis paganisque atque ruderatis, im-

mo ac ad vias sepesque pagorum, vulgatissime. Maj. Aug. A.

urbicum L. 423. Ch. caule cubitali, erecto, glabro, foliis alternis, petiolatis, triangularibus, subhastatis, inaequaliter denticulatis, acuminatis; racemis erectis, strictissimis, longis, cauli approximatis, floribus minutis, viridibus. *Fl. D. t.* 1148. *E. B. t.* 717.

Upright Blite. A. *La Patte d'oie des villes.* G. *Stadt-Gänsefuss*; *Gassenmelde.* G. *Városi lúdlábfü.* H. *Il Chenop. volgare.* I.

In plateis, muris ruderatisque et ad pagorum sepes commune. Jul. Aug. A.

rubrum L. 424. Ch. caulibus diffusis, angulatis, lineis rubris notatis, foliis alternis, petiolatis, rhomboideo-triangularibus, sinuato-inaequaliter dentatis, acutiusculis, nitentibus, subtus niveis; racemis lateralibus terminalibusque erectis, compositis, subfoliosis, caule brevioribus, calycibus subrubris, passim viridibus. *Fl. D. t.* 1149. *E. B. t.* 1721.

Sharp-leaved Goose-foot. A. *La Patte d'oie rougeâtre.* G. *Rother G.*; *Mistmelde*; *Neunspitzen*; *Saubalg*; *Schweintodt.* G. *Veres lúdlábfü.* H. *Il Chenop. rosso.* I.

In fimetis et locis salsis juxta Kolos, Torda, Vizakna etc. Jul. Aug. A.

murale L. 425. Ch. caule erecto, patulo, ramoso, angulato, glabro, subfarinoso, foliis cordato-ovatis, inaequaliter dentatis, acutis, nitidis; racemis corymbosis, erectis, dichotomis, nudis, calycibus viridibus. *E.* B. *t.* 1722.

Common Goose foot. A. *La Patte d'oie des murailles.* G. *Mauer-G.*; *Mauermelde*; *Stauderich.* G. *Köfali lúdlábfü*; *Ludlaboda.* H. *Chenop-murale.* I.

In ruderatis murisque et ad aggeres. Jul. Sept. A.

album. L. 426. Ch. caule erecto, ramoso, angulato, farinoso; foliis rhomboideo-triangulari-ovatis, erosis, postice integris, summis lanceolatis, integerrimis, farinosis; racemis ramosis,

erectis, spicatis, subfoliosis, terminalibus, nudis, calycibus 5-gonis, viridibus, farina albida adspersis, seminibus laevibus. *Chen. viride. Leys. et Fl. D. t.* 1150. *E. B. t.* 1723.

White Goose-foot, Common Orache. A. *La Patte d'oie blanche.* G. *Weiſser G. Wilde Melde.* G. *Esterparéj.* H. *Il Chenopodio bianco.* I.

Ad vias et in agris cultis, aggeribus, hortisque vulgare. Jun. Aug. A.

viride L. 427. Ch. caule erecto, ramoso, striato, viridi; foliis rhomboideo-hastatis, sinuato-erosis, postice integris, superioribus oblongis, integerrimis, subtus incanis, longius petiolatis; racemis filiformibus, ramosis, erectis, longis, nudis, calycibus viridibus, seminibus excavato-punctatis. *Ch. ficifolium Smith. E. B. t.* 1724.

Green Blite. A. *La Patte d'oie verde.* G. *Gemeine grüne Melde.* G. *Zöld lúdlábfü.* H. *Il Chenop-verde.* I.

In agris et oleraceis item ad vias murosque frequens. Jun. Aug. A.

hybridum 428. Ch. caule bipedali, erecto, angulato, sulcato, glabro, ramosissimo, foliis petiolatis, cordatis, sinuatis, dentato-acuminatis; racemis paniculatis, longissimis, terminali ramosissimo patentissimoque, calycibus pusillis, viridibus, extus farinosis. *E. B. t.* 1919. *V. Par.* t. 7. *f.* 2.

Maple leaved Blite. A. *La Patte d'oie hybride.* G. *Bastard G.*; *Breitblättriger Pitzer s. Sautodt*; *Schweinemelde.* G. *Fattyú lúdlábfü.* H. *Il Chenop. angoloso.* I.

In oleraceis et agris avenaceis juxta Ujegyház, Köhalom, Segesvár porro ad sepes et in ruderatis frequens. Jul. Aug. A.

Botrys L. 429. Ch. caule fere cubitali, suberecto, subangulato-sulcato, viscoso, ramoso, foliis petiolatis, oblongis sinuatis, laciniis subdentatis obtusis, racemis nudis, multifidis. *Blw. t.* 314.

Oak-leaved Goose-foot. A. *La Patte d'oie à feuilles de chêne*; *Le piment*; *La mille graine.* G. *Eichenblättriger G.*; *Krötenkraut*; *Taubenkraut.* G.

Fürtösfü; *Ribijánkó v. Rubiánka*; *Bajfü*; *Szö-l.fü*; *Fodorka*. H. *Chenop. odoroso, o Botri*. I.
In hortis oleraceis ruderatisque vulgare. Jun. Aug. A.

glaucum L. 430. Ch. caule erecto, anguloso, glabro, foliis omnibus ovato-oblongis, sinuato-repandis, dentatis, glabris, subtus glaucis, summis lanceolatis; racemis simplicibus, glomeratis, nudis. *Fl. D.* t. 1151. *E. B.* 1454.
Grizzled-green Goose-foot. A. *La Patte d'oie glauque*. G. *Graugrüner G.*; *Gestreckte Meldo*. G. *Vasszinü, v. Fakó ludlábfü*. H.
In agris cultis atque ad agrorum margines. Jun. Aug. A.

** FOLIIS INTEGERRIMIS.

olidum Host. 431. Ch. caule procumbente, diffuso, sulcato, farinoso; foliis petiolatis, rhombeo ovatis, obtusis, integerrimis, subtus farinosis, racemis axillaribus, conglomeratis, calycibus e viridi albidis. *E. B. t.* 1034. *Ch. vulvaria. Fl. D. t.* 1152.
Stinking Orache. A. *La Patte d'oie fétide*; *L'arroche fétide, ou puante*. G. *Stinkmelde; Bockmelde*; *Mauzen s. Schaamkraut*. G. *Büdös v. Kutyalaboda; Östörparéj*. H. *Il Chenop. fetido:* I.
In ruderatis pagisque et ad sepes frequens. Jul. Aug. A.

polyspermum L. 432. Ch. caule decumbenti-erecto, ramoso, debili, glabro, foliis ovatis, integerrimis; paniculis ramosissimis, laxis, dichotomis, sessilibus, axillaribus, nudis, calycibus pusillis, viridibus. *Fl. D. t.* 1153. *E. B.* t. 1480.
Round leaved Blite, or Allseed Goosefoot. A. *La Patte d'oie graineuse*. G. *Vielsaamiger G. Fischmelde*. G. *Sokmagu laboda*. H. *Il Chenop. maggiore*. I.
In agris cultis, prope Ujegyház, Köhalom, Segesvár etc., et ad hortorum sepes passim. Jul. Aug. A.

scoparia L. 433. Ch caule bipedali, stricto, ramosissimo, virgato, glabro, foliis planis, lineari-lanceolatis, integerrimis, ciliatis; floribus axillaribus, sessilibus, glomeratis. *Osyris. D. Pempt.* 101.

Belveder or Belvidere. A. *La Belvedere.* G. *et* I. *Besenkraut. Studentenkraut.* G. *Seprőlaboda. Kertiseprűfű.* H. *Mâturi de gredinâ.* V.

In sede Cibiniensi prope pagum Sz. Ersébeth ibidem ad sepes, item in ruderatis oleraceisque per totam fere Transsilvaniam vulgatissime. Jul. Aug. A.

maritimum L. 434. Ch. caule decumbenti - erecto, ramoso, anguloso, glabro, sanguineo, foliis alternis, carnosis, superne planis, subtus convexis, subulatis; floribus sessilibus, axillaribus, glomeratis, seminibus nitidis. *Fl. D. t.* 489. *E. B. t.* 633. *Sueda chenopodioides P. Hal. III. p.* 56. *n.* 14.

White Glasswort; *Small Glasswort* A. *La Patte d'oie maritime.* G. *Meerstrands Gänsefuss.* G. *Tengeri laboda.* H.

Prope salinas e. g. ad Kolos, Torda, Vizakna, Dées-Akna etc. Aug. Sept. A.

CX. SALSOLA. L. G. 437. *Salzkraut.* G. *Kelpwort* A. *La Soude.* G. *Sófű.* H.

Ch. Gen. *Cal.* 5-partit. s. 5-phyllus, persistens. *Cor.* o. *Caps.* 1-locularis. *Sem.* cochleatum, membrana tectum.

prostrata L. 435. S. frutescens; hirsuta, lignosa, prostrata, ramosa, ramis adscendentibus, foliis linearibus, planis, inermibus, piloso-sericeis; floribus glomerato-spicatis, appendicibus explanatis. *J. A. t.* 294. *Bib. n.* 472. *P. Hal.* I. *p.* 17. *t. X.*

Trailing Saltwort. A. *La Soude couchée.* G. *Gestrecktes S.* G. *Letsepült sófű.* H. *Jarba sârata.* V.

In salinis prope Dées-Akna, Torda, Vizakna. Jul. Aug. Fr.

kali L. 436. S. herbacea; caule decumbente, scabro, ramoso, dichotomo, foliis linearibus, semiteretibus, spinula terminatis, carnosis; floribus axillaribus, sessilibus, solitariis, bractea suffultis; stylo trifido, appendicibus explanatis coloratis. *Bib. n.* 460. *E. B. t.* 634. *Fl. D. t.* 818. *P. Hal. II. t. XXVIII. et XXIX.*

Prickly Saltwort. A. *La Soude kali.* G. *Gemeines S.* G. *Közönséges sófü*; *Szükségfü*; *Kamborz.* H. *Il Cali.* I.

In locis salinis ad Kolos. Jul. Aug. A.

lanata L. 437. S. herbacea; caule palmari cubitalive tereti, tomentoso-lanato, a basi ramoso, ramis adscendentibus, dichotomis, inferioribus cruciatim oppositis, reliquis alternis, omnibus patulis, foliis longis linearibus, obtusiusculis, supra carinatis, inermibus, piloso-incanis, sessilibus; floribus axillaribus, sessilibus, solitariis, erectis, calycinis laciniis lineari-acutis, sericeo-pilosis, bractea sub calyce ovata, lineari-acuminata. *P. Hal. II. p.* 29. *t. XXI.*

Long-leaved Saltwort. A. *La Soude vulgaire.* G. *Sodakraut.* G. *Szóskafü*; *Szaka sófü.* H. *La Sóda.* I.

In locis salinis ad Kolos et Torda copiosissime. Aug. Septbr. A.

CXI. BETA. L. G. 436. *Mangold.* G. *Beet.* A. *La Poirée.* G. *Tzékla.* H.

Ch. Gen. *Cal.* 5-phyllus, 5-gonus, persistens. *Cor.* o. *Styl.* 2. v. 3. *Stigm.* acuta. *Sem.* reniforme.

vulgaris L. 438. B. radice napiformi, caule pedali altioreque, glabro, foliis planis, inferioribus ovatis; floribus congestis, calycinis laciniis basi dentatis. *Schkh. t.* 56.

Great, or red Beet. A. *La Poirée* rouge, *ou la bette vulgaire.* G. *Gemeiner M.*; *Rothe Rübe.* G. *Veres répa, v. tzékla.* H. *La barba biétola, o Biétola rossa.* I. *Sfègla. s. Napo rosio.* V.

In oleraceis et rejectamentis hortorum atque in agris frequens. Jul. Aug. B.

CXII. ATRIPLEX. L. G. 1517. *Melde*. G. *Orache, or All-seed*. A. *L'Arroche*. G. *Laboda*. H.

Ch. Gen. *Flor. Hermaphr. et Fœm.* in eadem planta mixti. *Cal. Hermaphrod.* 5-phyllus, 5-gonus, persistens. *Stam.* o. *Cal. fem.* persistens, 2-phyllus. *Sem.* 1. compressiusculum, lentiforme, erectum, calyce dentato clausum.

rosea L. 439. A. caule diffuso, albido, foliis sessilibus, ovatis, basi cuneato-truncatis, dentatis, incanis, valvulis seminiferis 4 gularibus, margine dentatis, compressis, roseis. *Schkh t.* 350.
Rose-coloured Orache. A. *L'Arroche rosée*. G. *Rosenrothe M.* G. *Rózsa szinü laboda*. H.
In pagis ruderatis et locis salinis, immo ac ad sepes frequens. Iul. Aug. A.

hortensis. 440. A. caule alto, erecto, anguloso, foliis petiolatis, 3-gularibus, oblongis, integerrimis; valvulis fructiferis ex ovato subrotundis, obtusissimis, integerrimis, glabris. *Blw. t.* 99.
Garden Orache. A. *L'Arroche des jardins, ou cultivée; La Follette; Des bonnes Dames*. G. *Garten-M. Zucker-M.* G. *Kertilaboda; Labodaparéj; Németparéj; Izetlenfü; Izetlen laboda*. H. *Atriplice ortolana*. I.
In fimetis et hortorum rejectamentis.

patula L. 441. A. caule erecto, ramosissimo, patulo, tereti-sulcato; ramis oppositis alternisque decumbentibus; foliis petiolatis, glauco-viridibus, inferioribus hastatis, superioribus deltoideo-lanceolatis, subdentatis, summis lanceolatis, integerrimis, valvulis fructiferis deltoideis, dorso muricatis. *Schkh. t.* 347. *E. B. t.* 936.
Narrow-leaved Orache; Spear Orache. A. *L'Arroche étolée*. G. *Weitschweifige M.* G. *Utilaboda*. H. *Atriplice salvatica* I. *Loboda*. V.
In ruderatis pagisque ibidem ad sepes et in elatioribus sterilioribus ad Segesvár scil. *gegen die Burg* etc. Jul. Sept. A.

hastata L. 442. A. caule erecto, ramoso, 4-gono, glabro, ramis oppositis, patentibus, sulcatis, foliis petiolatis, deltoideo-hastatis, inferioribus

dentatis, summis integerrimis; valvulis fructiferis deltoideis sinuatis. *Schkh. t.* 348. *E. B t.* 20.
Wild Orache. A. *L'Arroche hastée.* G. *Spontonartige S. Spiefs-M.* G. *Dardaforma laboda.* H. *Atriplice astata.* I.
In arenosis montosis ad Segesvár ibidem *am Schulberg* et ad fossiculorum ripas versus Maros-Vásárhely etc. Jul. Aug. A.
nitens SCHKH. 443. A. caule 4-pedali, erecto, divaricato, striato, ramoso, foliis petiolatis, triangulari-hastatis, sinuato-dentatis, mucronatis, supra nitide viridibus, subtus argenteo-tomentosis, valvulis fructiferis triquetris, integerrimis, magnis. *Schkh. t.* 348.
Glanz-M. G. *Fényes laboda.* H.
Ad sepes vinearum, et ad agrorum margines juxta Segesvár, ibidem versus *Siechenberg* etc. Aug. Sept. A.
mucronata Kit. 444. A. caule basi decumbente dein erecto, subcompresso, sanguineo, in ramis oppositis diviso, fol. petiolatis, 3-angulari hastatis, acutis, basi integerrimis, angulis 2 superiorb. remote dentatis, *ram. summis* integerrimis, ceterum nudis, glabriusculis; florb. androgynis, spicatis, *lateral.* suberectis, densis, foliis destitutis, calyc. *masc.* 5-phyllis, deciduis, foliolis ovatis; *fem.* 2-phyllis, foliol. planis, erectis; ovato-acutis; valv. fructiferis deltoideis, acutis, inaequalibus, nigris. *W. et K. t.* 250.
Spear-leav'd Orache. A. L'*Arroche mucronée.* G. *Spitzblättrige M.* G. *Szálkavégü laboda.* H.
In locis salsis praeprimis juxta Dées-Akna, Kolos, Torda, Vizakna etc. frequens. Aug. Septbr. A.
laciniata L. 445. A. caule flexuoso-erecto, angulato-sulcato, ramoso, foliis petiolatis deltoideis, sinuato-dentatis, incanis, subtus argenteis; valvulis fructiferis compressis, 4-dentatis. *E. B. t.* 165.
Jagged Orache. A. *L'Arroche laciniée.* G. *Geschlitzte M.* G. *Sallangos laboda.* H. *L'Atrepice s. Reppice marina.* I.

In locis salsis prope Kolos, Pârâjd, Torda, Vizakna etc. Jul. Aug. A.

tatarica L. 446. A. caule erecto, angulato, ramoso, foliis triangularibus, basi cuneatis, dentatis, subtus albidiusculis; racemis terminalibus-axillaribusque, ramosis, nudis; valvulis fructiferis ovato-acuminatis, integris. *Schkh. t.* 349.

Tartarian Orache. A. *L'Arroche de Tatarie.* G. *Tatarische M.* G. *Tatariai laboda.* H.

In ruderatis et siccis elatioribus copiose. Aug. Septbr. P.

littoralis L. 447. A. caule pedali, erecto, subangulato, glabro, ramoso, ramis oppositis alternisque, divaricatis, foliis alternis, breviter petiolatis, lineari-lanceolatis, integerrimis, punctatis; valvulis fructiferis sinuato-muricatis. *Gm. Sib.* 3. *t.* 14. *f.* 2. *E. B. t.* 708.

Sea Orache; Grafs-leaved Orache. A. *L'Arroche maritime.* G. *See-Melde.* G. *Tengeri laboda.* H.

In locis salinis ad Dées-Akna, Kolos et Torda. Jul. Aug. A.

CXIII. ULMUS. L. G. 243. *Rüster* G. *Elm tree.* A. *L'Orme.* G. *Szilfa.* H

CH. GEN. *Cal.* 1-phyllus 5-fidus rugosus, marcescens, intus coloratus. *Cor.* o. *Stigm.* villosa. *Samara* compressa membranaceo-alata, 1-locularis. *Sem.* 1, ovatum, compressiusculum, glabrum.

nuda EHRH. 448. U. ramis e exsuberosis, cinereo cortice obductis, foliis duplicato-serratis, basi inaequalibus, scabris; floribus subsessilibus, conglomeratis, pentandris, samaris glabris. *U. campestris L. et Fl. D. t.* 632. *Schkh. t.* 57. *a. U. montana. E. B. t.* 1887.

Common Elm-tree; Narrow-leaved Elm. A. *L'Orme sauvage; L'Ormeaux.* G. *Gemeine R.; Feld-R. Ulmenbaum.* G. *Közönséges szilfa v. Alasfa.* H. *Il Olmo.* I. *Ulmo.* V.

In dumetis, nemoribus, pagis pomariisque et in montosis ad Segesvár ibidem *am Schulberg* etc. alibique frequens. Mart. April. Ar.

suberosa. EHRH. 449. U. ramis suberosis, foliis duplicato - serratis, basi inaequalibus; floribus subpedunculatis, conglomeratis, tetrandris, pedunculis brevissimis, aequalibus, samaris glabris. *U. tetrandra. Schkh. t. 57. b. U. campestris. L. E. B. t.* 1886.

Cork or Red Elm-tree. A. *Le Lyperau.* G. *Kork R. Rothe R.*; *Rauhe Ulme.* G. *Kérges szilfa.* H.

In nemoribus montosis et ad vinearum margines ad Segesvár et Kolosvár etc. Mart. Fr. et Ar.

effusa. WILLD. 450. U. cortice ramorum crasso, rimoso, suberoso, foliis ovato-acuminatis, rugosis, duplicato-serratis, basi ellipticis; floribus effusis, pedunculatis, octandris, pedicellis inaequalibus, samaris margine ciliatis. *U. octandra Schkh. t. 57. b. U. ciliata Ehrh. U. suberosa. β. E. B. t.* 2161.

Black Elm-tree. A. *L'Orme noir.* G. *Langstielige R. Flatter-s. Wasser-Rüster.* G. *Nyoltzhímü szilfa.* H.

In nemoribus, pomariis, hortis, et ad hortorum fossiculos juxta Segesvár etc. April. Ar.

*** Flores incompleti, diclini. Scabridae.

CXIV. CANNABIS. L. G. 1522. *Hanf* G. *Hemp* A. *La Chanvre* G. *Kender.* H.

CH. GEN. *Cal.* 5-partit. *Cor.* o. *Cal.* 1-phyllus, oblongus, latere dehiscens. *Cor.* o. *Styl.* 2. *Nux.* calyce persistente coronata, 1-locularis, 2-valvis.

sativa L. 451. C. caule 2-v. 3-pedali, erecto, stricto, crasso, anguloso, hirsuto, ramosissimo, foliis petiolatis, hirsutis, digitatis, foliolis lanceolatis, longis, utrinque angustis, acuminatis, serratis; floribus masculis in racemum compositum terminalem congestis, pendulis, femineis axillaribus, solitariis. *Schkh.* t. 325. *Blw.* t. 322. *a. b.*

Male, or Femal Hemp. A. *La Chanver mâle et femelle. La Chanvre cultivée.* G. *Gemeiner s. wil-*

der H. Fimmel. G. *Virágos és magvas Kender; Szelid Kender.* H. *La Canapa coltiva.* I. *Cânepe* V.

In agris viisque publicis versus Besztertze, in ruderatis et ad sepes pagorum hinc indeque spontanea et quoque juxta civitates, oppida, pagosque frequentissime culta. Jun. Jul. A.

CXV. HUMULUS. L. C. 1573. *Hopfen* G. *Hop* A. *L'Houblon.* G. *Komló.* H.

Ch. Gen. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Anth.* apice biporosae. *Amenti* squamae binae, 2-florae. *Squam.* interna simplex. *Styl.* 2. *Sem.* 1. arillatum.

Lupulus 452. H. radice repente, caulibus longissimis, ramosissimis, volubilibus, angulosis, scaberrimis, aculeis obsoletis armatis, foliis scabris, cordatis, 3-vel 5-lobis, passim indivisis, serratis, stipulis 2, s. 4, cordatis, 2-fidis, floribus masculis terminalibus axillaribusque ramosis, diffusis, albidis; femineis in strobilum imbricatum squamosumque dispositis, strobilis pendulis, e luteo viridibus, subrotundo-ovatis, seminibus subrotundis. *Fl. D.* t. 1239. *E. B.* t. 427. *Blw.* t. 536. *a. b.*

Wild Hops; Hop malé and female. A. *L'Houblon ordinaire, ou sauvage.* G. *Busch- gemeiner Wald- s. wilder Hanf.* G. *Vad v. Felfutó komló.* H. *Il Luppolo. La Bruscándola.* I. *Hemeilo.* V.

In dumetis nemoribus, hortis pomariisque et ad arbores diversasque stirpes, parietes sepesque valde communis. Jul. Aug. Planta parasitica, perennis.

**** Flores pentapetali, superi, dispermi. Umbellatae.

1. Umbellae simplices incompletae.

CXVI. HYDROCOTYLE L. G. 457. *Wassernabel.* G. *Water-Navel-wort.* A. *L'Ecuelle d'eau.* G. *Viztárfü.* H.

CH. GEN. *Umb.* simplex, 5-flora. *Involucr.* 4-phyllum. *Petala* integra. *Sem.* orbiculato-compressa, gibbosa, subcorticata.

vulgaris L. 453. H. caulibus repentibus radicantibusque, glabris; foliis longe petiolatis, peltatis, subrotundis, crenatis, glabris; umbellis fastigiatis 5-floris, floribus pallide rubris. *Fl. D.* t. 90. *E. B.* t. 751. *Ran. aquat. Cotyled. M. h.* 2. *s.* 4. t. 29. *f.* 30.

Common Water Navel-wort; or Penny-wort; White Rot; Marshy grounds. A. *Le Goblet d'eau commun. Le Nombril de Venus aquatique. L'Ecuelle d'eau.* G. *Venus- s. gemeiner Wassernabel.* G. *Közönséges víztár.* H.

In umbrosis humidis et alnetis post passum Ojtos nempe in locis *Sósmező* dictis copiose. Jun. Jul. P.

CXVII. ERYNGIUM. L. G. 456. *Mannstreu.* G. *Eryngo.* A. *Le Panicot.* G. *Iringófü.* H.

CH. GEN. *Flor.* capitati. *Involucr. universale* polyphyllum, longum, strictum. *Recept.* commune conicum paleaceum. *Sem.* muricata.

campestre L. 454. E. foliis *radical.* longe petiolatis, 2-vel 3-natis, foliolis decurrentibus, pinnatifidis, sinuato-dentato-spinosis, lateralibus decurrentibus, membrana lata, *caulin. inferioribus* petiolatis, pinnatis, foliolis 5-decurrentibus, reliquis amplexicaulibus 5-nato-pinnatifidis, oblongo-lanceolatis, dentato-spinosis; capitulis terminalibus, sessilibus, ovatis, involucris inaequalibus, lineari-spinosis, subtus nervosis obvallatis, floribus albis. *Fl. D.* t. 554. *J. A.* t. 155. *E. B.* t. 57. *M. h.* 3. *s.* 7. t. 36. *f.* 1.

Common Eryngo. A. *Le Panicot des champs. Le Chardon roland, ou à cent têtes.* G. *Feld-M.; Elend; Donner- Lauf- s. Radendistel; Rolanddistel.* G. *Mezei iringó; Fejér- v. Mezei toviss; Ördög-Szekér; Szász fejütöviss; Szamár koró. Mezei töviss lapú. Atkozott szamár v. matska.* H. *Il Iringio campestre.* I. *Spino Draco-lui.* V.

In campis, aggeribus, pratis sterilioribus, versuris, viisque ubique. Jul. Aug. P.

planum L. 455. E. caule pedali, erecto, tereti, striato, e cyaneo-caeruleo, apicem versus ramoso, foliis *radical.* et *caul. inferiorib.* petiolatis, elliptico-ovalibus, dentato-spinulosis, *reliquis* sessilibus, semi-amplexicaulibus, *summis* connatis, oppositis, 3-v. 5-fidis, laciniis dentato-spinosis; involucro lineari-dentato-spinoso, capitulis terminalibus. caeruleis, paleis lineari-spinosis, exterioribus tricuspidatis. *J. A.* t. 391. *Bieb. n.* 503. *M. h.* 3. *s.* 7. t. 35. *f.* 9.

Blue Eryngo. A. *Le Panicot à feuilles plattes.* G. *Flachblättrige M.*; *Blaue Laufdistel.* G. *Kék-töviss*; *Laposlevelü íringó*; *Temonddádfü.* H. *Il Iringio liscio. Iringo senza spina.* I.

Ad agrorum margines, in pratis montosis arenosis viisque immo ac ad vinearum margines, vulgatissime. Jul. Aug. P.

2. Umbellulae completae compositae.

CXVIII. SANICULA. L. G. 458. *Sanikel.* G. *Sanicle.* A. *La Sanicle.* G. *Szanitzor v. Szanikula.* H.

CH. GEN. *Umb.* confertae, subcapitatae, disco abortiente. *Involucr.* persistentia. *Sem.* ovata, undique setis uncinato-muricatis vestita, ecostata.

europaea L. 456. S. caule palmari cubitalive, subnudo, erecto, nitido, glabro; foliis radical. in orbem digestis, longe petiolatis, orbicularibus, 5-lobis, lobis 2-v. 3-fidis, inciso-serratis, cuneiformibus, nudis; umbella universali 4-fida, terminali, inaequali, radiis longis, 3-fidis, flosculis in radiis conglomeratis, sessilibus, in disco abortientibus, involucris 5-phyllis, pinnatifidis, involucellis polyphyllis, imbricatis, floribus sessilibus, fructu rotundo, calyce stylisque longis reflexis, coronato, hispido. *Fl. D.* t. 283. *E. B.* t. 98. *Caucalis Sanicula. Cr. A.* 228. *R. Pent.* t. 30.

Common Sanicle. A. *La Sanicle commune.* G. *Europäischer S.*; *Heil aller Schäden.* G. *Patikai szanitzor*; *Szanikulafű.* H. *Il Cinquefoglio maggiore. La Diapensia.* I. *Cincifoio mai-marè.* V.

In nemoribus et sylvis ubique, item in pomariis montosis umbrosisque ubique copiose. Maj. Jun. P.

CXIX. ASTRANTIA. L. G. 459. *Sternpflanze* G. *Black-Master-wort* A. *L'Astrance.* G. *Zapótza.* H.

CH. GEN. *Flosculi* centrales, abortientes. *Involucella* lanceolata, patentia, aequalia, colorata, umbellula longiora. *Fruct.* lanceolatus, transversim rugosus.

Epipactis JACQ. 457. A. scapo simplici, erecto; tereti, nudo, foliis 5-lobis, obtusis, serratis, involucris 5 phyllis, oblongis, obtusis, supernè serratis, flosculis luteis, masculis pedicellatis, femineis sessilibus, fructu angulis obtusis glabro. *J. A. App.* t. 11.

Lastrance verde. G. *Grüne Astranzie.* G. *Zöld Astranzia.* H. *Astrantia verdè.* V.

In sylvis alpestribus ad Fagaras pertinentibus, nempe post Brásza versus Wârfulo Gaure de Lotri. April. Maj. P.

major L. 458. A. caule pedali, erecto, sulcato-striato, glabro, subfolioso, apice ramoso, foliis longe petiolatis, subrotundis, 5-lobis, lobis 5-fidis, serratis; umbellis terminalibus, involucris partialibus lineari-lanceolatis, venosis, ex albo-purpureis; pedunculis longioribus, calycibus 5-phyllis, coloratis, foliolis incanis, ovato-acuminatis, corollulis radiatis abortientibus; disci fructiferis, fructibus oblongis, gibbosis, costis 5, membranaceo-plicatis. *A. nigra. Blw.* t. 470. *R. Pent.* t. 67. *M. h.* 3. *s.* 9. t. 4. *f.* 1. 2.

Black Sanicle. A. *La grande Astrancie*; *La Sanicle noire.* G. *Schwarze Meisterwurzel*; *Schwarzer Sanikel.* G. *Berki zapótza.* H. *L'Astranza nera.* I. *Astrantia niagra.* V.

In nemoribus montosis et sylvis subalpinis fere ubique. Jul. Aug. P.

Obs. Involucella passim ex albido-viridia.

carniolica L. 459. A. caule cubitali, erecto, simplici, foliis *radical.* 3-lobis, lobis lateralibus bilobis, laciniis inciso-dentatis, denticulis mucronatis, media lacinia subtrifida, angustiore, *caulino* plerumque solitario, in petiolum vaginantem desinente; floralibus sessilibus, oppositis, 3-fidis, laciniis ovato-lanceolatis, acute dentatis, involucellis ex albo roseis, foliolis oblongo-acutis, longitudine umbellae. *J. A. App.* t. 10.

Krain'sche Astranzie. G.

In alpibus graminosis Barcensibus, nempe Bucesc, sed raro. Jul. Aug. P.

CXX. CORIANDRUM. L. G. 488. *Koriánder.* G. *Coriander.* A. *Le Coriandre.* G. *Kóriandrom.* H.

Ch. Gen. *Involucr. univers.* 1-phyllum, *part.* aut 0, aut dimidiata, 3-v. 5-phylla. *Cor.* aequales s. radiatae, petalis inflexo-emarginatis. *Radiatae* steriles. *Fruct.* clausus didymus, globosus, 1-v. 2-locularis, striatus, glaber, ecostatus.

testiculatum L. 460, C. caule pedali, erecto, angulato, glabro, ramoso; umbella rarissime composita, involucro universali 1-phyllo, partialibus corollae petalis aequalibus; fructibus didymis, bipartitis, seminib. globosis laevissimis nigro-nitentibus. *M. h.* 3. *p.* 269. *s.* 9. t. 11. *f.* 2.

Wild Coriander. A. *Le Coriandre testiculée*; *L'Anet puante.* G. *Wilder K.*; *Wanzendill.* G. *Vad Kóriándrom*; *Poloska Kapor*; *Pakilintsfü.* H. *Buriană pucioasé.* V.

In agris inter segetes prope Déva, Szeben, Ujegyház, Kőhalom, Segesvár, Maros-Vásárhely, Besztertze etc. Maj. Jul. A.

CXXI. PASTINACA. L. G. 494. *Pastinack.* G. *Pársnép.* A. *La Pastinade.* G. *Peszternák.* H.

Ch. Gen. *Involucr.* 0 vel pauciphyllum. *Coroll.* aequales, petalis integris apice inflexis. *Fruct.*

ellipticus, plano-compressus, subemarginatus, dorso 5-striatus, glaber, margine ala angusta opaca cinctus.

sylvestris MILL. 461. P. caule 2-s. 3-pedali, erecto, anguloso, dichotomo, foliis laete viridibus, simpliciter pinnatis, pinnulis ovatis, inciso-lobatis, impari trilobis; umbellis multifidis, terminalibus, umbellulis multifloris, corollis regularibus flavescentibus. *Fl. D.* t. 1206. *P. Sativa L. E.* B. t. 556. *M. h.* 3. *S.* 9. t. 16. *f.* 2. *Wild Pársnep.* A. *La Pastinade sauvage.* G. *Gemeiner s. wilder P. Hammels-s. Hirschmöhren.* G. *Vad pészternák; Móhrépa, Merkátz, Olaszrépa.* H. *La Pastinaca salvatica.* I. *Pastinácă sêlbatica.* V. In nemoribus pratensibus, pomariis et pratis, item ad fluviorum ripas, valde communis. Jul. Aug. P.

CXXII. HERACLEUM. L. G. 477. *Bärenklaue.* G. *Cow-Pársnep.* A. *La Berce.* G. *Medvetalpfü.* H.

CH. GEN. *Involucr.* 1-phyllum, deciduum; *part.* polyphyllum, persistens. *Cor.* radiatae, inflexo-emarginatae s. difformes. *Fruct.* compressus, ellipticus, obovatus, membranaceo-cordatus, dorso 3-striatus, emarginatus, subvillosus, vel glaber.

Sphondylium. L. 462. H. caule tripedali, erecto, scabro, sulcato, foliis hirsuto-scabris, pinnatis, foliolis 5-nis, oblongis, pinnatifidis, obtusis, acute dentatis, impari reliquis majore 3-lobo, lobo medio latiore, trifido; vaginis magnis ventricosis, striato-sulcatis hirsutis, involucro universali nullo, partialibus polyphyllis, fructibus cordato-orbicularibus, compressis, dorso laeviter striatis, pilosis, margine ala membranacea cinctis. *Schkh.* t. 67. *Blw.* t. 540. *E. B.* t. 939. *Sphond. Branca Ursina H. Umb. p.* 132. *J. I. f.* 11. *M. h.* 3. *S.* 9. t. 16. *f.* 1. *Common Cow Pársnep; Bears brech, or foot. Bears wort; Madnep.* A. *La Berce ordinaire. La Branche ursine bâtarde. La Patte a'ours.* G.

Gemeine s. teutsche B. Bartsch; Kuhpastinack. G. *Közönséges medveʼalpfü; Tehén peszternák; Medve Köröm.* H. *Il Sfondilio; La Branca ursina.* I. *Brânca Urso lui.* V

In pomariis pratis et nemoribus humidis ubique. Jun. Aug. P.

flavescens WILLD. 463. H. caule bipedali, erecto, ramoso, tereti-sulcato, scabro, foliis pinnatis, 5-nis, foliolis infimis petiolatis, intermediis sessilibus, amplexicaulibus, cordato-ovatis, sub-5-lobis, terminali maximo 3-lobo, omnibus acute dentatis, hirsutis, saturate viridibus, floribus flavescentibus, involucro cum involucellis polyphyllo, foliolis lineari-setaceis, deciduis. *H. angustifolium. J. A.* t. 173.

Yellow-flowered Cow-Pársnep. A. *La Berce jaunâtre.* G. *Gelblichblumige B.* G. *Sárgás medvetalpfü; Sárgálló tapsír.* H. *Brânca Urso-lui galbinà.* V.

In pratis montosis post passum Ojtos, ibidem in locis *Sósmezö* dictis. Jul. Aug. P.

Obs. Fol. caulina summa terna in petiolum membranaceum, longum, canaliculatum decurrentia, foliol. inaequaliter pinnatifidis, medio longe petiolato, trifido.

angustifolium WILLD. 464. H. foliis cruciatim pinnatis, foliolis angustissimis. linearibus, ad singula genicula 5-nis, terminali foliolo basi lobato; floribus subflavescentibus, uniformibus, patentissimis. *H. longifolium. J. A* t. 174.

Smal-leaved Cow-Pársnep. A. *La Berce à feuilles etroites.* G *Schmalblättriger B.* G. *Keskénylevelü medvetalpfü.* H. *Brânca Urso-lui ângusta.* V.

In pratis montosis juxta Segesvár ibidem versus *Knopf* atque *Siechenberg* et in subalpinis frequens. Jul. Aug. P.

austriacum L. 465. H. caule fere tripedali, erecto, sulcato-scabro; foliis pinnatis utrinque scabris, venoso-rugosissimis, subtus tomentosis, pedunculis scabris, floribus subradiatis albis. *J. A.* t. 61.

Austrian Cow-Pársnep. A. *La Berce d'Autriche.* G. *Oesterreichische B.* G. *Austriai medvetalpfü.* H. *Bránca urso lui dino Austria.* V.

In pratis elatioribus pomariisque juxta Segesvár et Ujegyház, item in subalpinis copiose. Jul. Aug. P.

elegans Jacq. 466. H. caule bipedali, erecto, inferne scabro, dein hirsuto, foliolis decussive pinnatifidis, laciniis remotis, dentatis, media subovata; floribus albidis, involucellis 8-phyllis, pusillis, deciduis. *J. A.* t. 175.

Schönblättrige B. Széplevelü medvetalpfü. H. *Bránca-urso-lui frumoasă.* V.

In pratis alpinis Barcensibus versus *Schülergebirge* et Bucesc. Jul. Aug. P.

alpinum L. 467. H. caule pedali, erecto, tereti, sulcato, piloso, foliis simplicibus petiolatis, cordato 5-lobis, serratis, supra laete viridibus, nudis, subtus hirsutis, pubescentibus, stipula membranacea vaginali amplexicauli, floribus radiatis albis. *Sphond. alp. glabrum. B. Prodr.* 83. *et ic. M. h.* 3. *S.* 9. *t.* 16. *f.* 4.

Alpin Cow-Pársnep. A. *La Berce des alpes.* G. *Alpen-B.* G. *Alpesi medvetalpfü.* H.

In pratis alpinis Rodnensibus ibidem versus Lapadna, Rotunda, Jetziluj et Dscheammeánie; item in Barcensibus versus Passum superiorem Tömös dictum, etc. Aug. P.

*) *palmatum* 468. H. caule orgyali, erecto sulcato, hirsuto, foliis inferioribus palmato-5-partitis, basi in stipulam membranaceam vaginalem decurrentibus, lobis incisis, 2-v. 3-fidis, medio latiore 3-lobo, terminali 3-fido, omnibus acute dentatis, foliis summis brevioribus, angustioribus, 3-lobis, lobis lateralibus indivisis, medio 3-fido, acute serrato, folio terminali cum vagina semiamplexicauli, lineari-lanceolato, omnibus saturate viridibus, hirsutis, subtus crasse nervosis, villoso-hirsutis; umbellis speciosis, magnis, multifidis, pedunculis inaequalibus, umbellulis multifloris, floribus albis, subdifformibus,

fructibus magnis, sulcato-striatis, verrucoso-hispidis

Handförmige B. G. *Tengeres Medvetalpfü.* H.

In fossiculis alpinis Cibiniensibus ibidem versus Surul et Moashi, in Barcensibus scil. *Schülergebirge*, Piatrâ-Mare et Pasinguluj ad Cott. Hunyadensem etc, copiose. Jul. Sept. P.

CXXIII. PEUCEDANUM. L. G. 472. *Haarstrang.* G. *Hair-strong.* A. *La Queue de pourceau.* G. *Szőristráng.* H.

CH. GEN. *Invol. univ.* cumque partialibus polyphyllum, brevissimum. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* uniformes, petalis integris. *Fruct.* ellipticus, lentiformis, convexus, margine alatus, medio costatus. *Flor.* disci abortientes.

Officinale L. 469. P. caule bipedali, erecto, tereti, glabro, laeviter striato, foliis laete viridibus, rigidis, divaricatis, 5-partitis, foliolis lineari-lanceolatis, 3-fidis integerrimis; umbella terminali magna, inaequali, multifida, umbellulis multifloris inaequalibus, floribus regularibus, parvis, luteis, involucellis setaceis reflexis basi suffultis; pedunculis bracteis alternis, membranaceo-vaginalibus, emarginatis, mucrone medio armatis, auctis, fructibus ovato-subrotundis, margine alatis, valleculis striatis. *Schkh.* t. 63. *M. h.* 3. *S.* 9. t. 15. *f.* 2.

Common Hairs strong; Hogs-Fennel, or Root; Sow-Fennel; Sulphur-wort, A. *La Queue de pourceau ordinaire. Le Fenouil de porc.* G. *Gebräuchlicher H. Bären-s. Sau-Fenchel; Schwefelwurz.* G. *Patikai szőristráng. Disznokömeny; Erdei vad.köměny. Kenkövesgyökér.* H. *Il Peucédano s. Finochio porcino.* I. *Chimino porco-lui.* V.

In pratis montosis sicciori busque juxta Segesvár, nempe *am weiten Berg*, item ad vinearum margines scil. *dem Siechenberg*; et in iisdem locis ad N. Bunn, in S. N. Sink post Morgonda, ibidem *auf der Flechte* alibique. Jun. Aug. P.

arenarium Kit. 570. P. caule pedali altioreve, erecto, tereti-sulcato, glabro, foliis *radical.* longius petiolatis, 3-plicato-pinnatis, *caulin.* sparsis, alternis, breviter petiolatis, pinnulis oppositis, petiolatis, imparibus, subtrilobis, laciniis lineari-mucronatis; involucro *universali* polyphyllo, foliolis inaequalibus, lineari-acutis, *partialibus* lineari-setaceis, floribus sulphureis, fructibus ovato-striatis. *W. et K.* t. 20.
Sand Sulphurwort. A. *La Queue de pourceau sablonnière.* G. *Sand H.* G. *Homok szöristráng.* H.
In montibus calcareis ad Brassó ibidem *auf dem Kapellenberg* et ad vinearum margines juxta Déva. Jul. Aug. P.

Silaus L. 471. P. caule pedali, erecto, angulato, fusco, striato, glabro, ramoso, ramis axillaribus terminalibusque, foliosis, foliis triplicato-pinnatis, pinnulis oppositis, petiolatis, imparibus, 3-lobis, laciniis lanceolato-mucronatis; involucro universali, aut nullo, aut foliolo lineari solitario, partialibus plurimis lanceolato-linearibus, fructibus ovatis v. oblongis, hinc planis, inde convexis, 4-sulcatis. *J. A.* t. 15. *Cnidium Silaus. Spr. Umb. p.* 13. *R. Pent.* t. 59.
Meadow Hair's-strong, or *Seseli*; *Bears-Fennel*; *Meadow Saxifrage.* A. *Le Fenouil des prés.* G. *Wiesen H. Unächte Bärwurz*; *Bärdill*; *Roſskümmel*; *Silau*; *Wiesenfenchel.* G. *Réti köményꞏ; Réti Kotsord.* H. *Chemino de câmpo.* V.
In pratis elatioribus juxta Morgonda, ibidem *die Flechte et Pfanne*, item prope Segesvár *am Knopf*, et ibidem in pomariis pratensibus, porro quoque in herbidis montosis, *die Mezöség* etc. valde commune. Jul. Aug. P.

alsaticum 472. P. caule pedali majoreque, tereti, laeviter striato, superne sulcato, glaberrimo, basi ramosissimo, sanguineo, foliis laete viridibus, glabris, multiplicato-pinnatis, inferioribus 3-pinnatis, superioribus 2-pinnatis, foliolis latiusculis, lanceolato-oblongis, mucronatis 2-vel. 3-fidis, terminali plerumque 3-lobo obtusius-

culo; umbella terminali multifida, inaequali, floribus regularibus, parvis, pallide flavis, involucro universali cum partialibus plerumque 5-phyllo patente; fructibus compressis, nucleo nigrescente, dorso 3. v. 5. striis in membranulam elevatis notato, margine undique membrana alata cincto. *J. A.* t. 70.

La Peucedane alsatique. G. *Elsassischer H. Alzdlziai szöristráng.* H.

In montosis arenosis nemoribusque ad Köhalom, item juxta Segesvár, nempe ad hortorum pomariorumque sepes, item in pratis *die Mezőség* scil. versus Kolos etc. frequens. Aug. Sept. P.

CXXIV. FERULA. L. G. 475. *Ruthen-s. Seckenkraut.* G. *Fennel-Geant.* A. *La Ferule.* G. *Lapitzkafü.* H.

Ch. Gen. *Invol. univ. et partial.* polyphyllum, reflexum, foliolis ovato-lanceolatis persistentibus. *Flor.* omnes fertiles. *Pet.* emarginata. *Fruct.* oblongo-lanceolatus, compressus, planus, utrinque striatus, margine obsolete membranaceus.

nodiflora L. 473. F. Caule bipedali, erecto, angulato-tereti, substriato, fusco, glabro; foliis radical. inferioribusque longe petiolatis, semiamplexicaulibus, summis sessilibus, omnibus supra decompositis, pinnulis verticillatis, cum impari 2-v. 3-fidis, laciniis lineari-setaceis, integerrimis, mucronatis, terminalibus simplicibus, oblongo-lanceolatis, mucronatis, sessilibus; umbellis longe pedunculatis, apice incrassatis, involucri foliolis plurimis, oblongo lanceolatis, partialibus minoribus plerumque 5-phyllis, fructibus ovatis, compressiusculis, utrinque 3-nerveis, nigro-fuscis. *J. A. App.* t. 5. *Libanotis etc. M. h.* 3. *S* 9. t. 15. *f.* 1.

Knotteel Fennel-geant. A. *La Ferule noueuse.* G. *Knoten.S.* G. *Tsomós lapitzkafü.* H. *Ferula nodoasa.* V.

In apricis, pomariis pratisque, et ad nemorum

margines, nec non ad sepes, et in subalpinis graminosis ubique frequentissime. Jun. Aug. P.

CXXV. ATHAMANTA. L. G. 471. *Augenwurz.* G. *Spicknell.* A. *L'Athamante.* G. *Kotsord.* H.

Ch. Gen. *Involucr.* polyphyllum, persistens. *Cor.* uniformes, petalis bifidis, inflexis. *Fruct.* ovato-oblongus, convexus, 5-costatus, hirsutulus, margine membrana alata opaca cinctus.

cretensis L. 474. A. caule pumilo, angulato-sulcato, hirsuto, foliis radical. in petiolum membranaceum striatum desinentibus, multiplicato-pinnatis, pinnulis subpetiolatis, brevibus, lineari-acutis, involucro universali villoso, reflexo, fructibus oblongis hinc convexis, inde concavis, 4-costatis, canescenti-hirsutis. *J. A.* t. 62. *Libanotis Scop.*

Mountain Carrot. A. *La Carote des alpes.* G. *Kretischer Mohrenkümmel*; *Gebirgsmöhre*, G. *Kretai Kotsord.* H. *Il Dauco cretico.* I.

In alpibus rupestribus Bistriciensibus nempe Strunioriui et Pietrosului. Jul. Sept. P.

CXXVI. IMPERATORIA. L. G. 461. *Meisterwurz.* G. *Imperatswort.* A. *L'Imperatoire.* G. *Tsászárgyökér.* H.

Ch. Gen. *Involucr. univ.* o. *Part.* 3-v. 4-phyllum. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* subaequales, apice inflexae; petalis emarginatis. *Fruct.* ovatus, convexus, basi emarginatus, margine alatus, medio gibbus, 3-costatus, apice stylis persistentibus reflexis coronatus.

Ostruthium L. 475. I. caule erecto, striato, glabro, foliis glabris, ternatis, foliolis lateralibus lobatis, medio tripartito, lacinia media trifida, omnibus acute serratis; umbella inaequali multifida, umbellulis multifloris, floribus difformibus candidis, involucelli foliolis setaceis, deciduis, fructibus 3-v. 4-costatis, margine membranaceo-alatis. *M. h.* 3. *S.* 9. t. 4. *f.* 1. *Sohkh.* t. 74. *Selinum. Crantz.*

Common Imperials-wort, or *Masterwort.* A. *L'Imperatoire ordinaire.* G. *Gemeine M.* s. *Kaiser-*

wurzel. G. *Mestergyöker; Közönséges tsásztárgyökér; Mesterlapu.* H. *L'Imperatoria comune.* I.

In herbidis alpinis nempe Fagarasiensibus, ibidem versus Wârfulo Gaure de Lotri et Kordon de la Schmidt; in Rodnensibus Wârfulo Lapadna, Rotunda etc. Jul. Sept. P.

sylvestris LAM. 476. I. caule tereti, fistuloso, laeviter striato, glabro, foliis glabris 3-pinnatis; *radical.* in longum petiolum basi membranaceum decurrentibus, foliolis brevissime petiolatis, ovato-lanceolatis, acutis, aequaliter serratis, pinnulis infimis 5-nis, reliquis 3-nis; *caul.* vaginis ventricosis membranaceis validisque instructis, 3-pinnatis; pinnulis oppositis, aut incise serratis, aut 3-lobis, *rameis summis* sessilibus, bipinnatifidis, foliolis lineari-lanceolatis, acute serratis; floribus regularibus, in disco plerumque sessilibus, ex albo rubris, involucell. polyphyllis, foliol. inaequalibus, linearibus; fructb. ovato-subrotundis, dorso costis elevatis, margine alatis. *Schkh.* t. 68. *Angelica sylvestris L. et H. Umb. p.* 160. t. I. *f.* 15. *Spr. Umb.* G. 11. *n.* 3. *M. h.* 3. *S.* 9. t. 3. *f.* 2. *Selinum sylvestre Crantz. Selin. angelica Roth.*

Wild angelica. A. *L'Imperatoire sauvage. L'herbe à Mr. Gerard; Le pied de chèvre.* G. *Wilde Angelick s. Engelwurz; Waldbrustwurz.* G. *Erdei angyalfü; vad angyélika. H. Anjellină silbatică.* V.

In nemoribus dumetis et pomariis elatioribus umbrosisque vulgaris. Jul. Sept. P.

CXXVII. ANETHUM L. G. 469. *Dill.* A. *et* G. *L'Anet.* G. *Kapor.* H.

GH. GEN. *Invol.* univ. et part. o. *Cor.* aequales, pet. pusillis, integris, inflexis. *Fruct.* oblongus, compressus, emarginatus, dorso convexus, costatus valleculatusque margine membranaceo diaphano cinctus, stylis reflexis coronatus.

graveolens. L. 477. A. caule bipedali erecto, laeviter striato, nitido, glabro, foliis pinnatis, foliol. setaceis 2-3-chotomis, glabris, florib. luteis, fructb. dorso convexo 3-costatis. *Schkh.* t. 77. *H. Umb. p.* 120. t. *I. f.* 13. *A. vulgare M. h.* 3. *S.* 9. t. 15. *f.* 3. *R. Pent.* t. 13. *Ferula graveolens Spr. Umb. Gen* 6. *n.* 11.

Common or Garden Dill. A. *L'Anet fragrant.* G. *Dillkraut; Kümmerlingskraut.* G. *Közönséges v. Kerti Kapor.* H. *Il Aneto.* I. *Mèraoio.* V.

In fimetis, hortis, ruderatis et hortorum rejectamentis, immo ac ad sepes valde vulgare. Jul. Aug. A.

CXXVIII. SELINUM. L. G. 470. *Milky-Parsley.* A. *Le Selin.* G. *Silge.* G. *Derezle.* H.

Ch. Gen. *Involucr. univ.* deciduum, aut 1-phyllum, aut sicuti *partiale* polyphyllum, reflexum. *Cal.* indivisus. *Cor.* aequales, petalis inflexo-cordatis, 2-fidis. *Fruct.* nudus, ovali-oblongus, compresso-planus, medio-3-costatus, margine alatus, basi emarginatus, valleculis 4, 1-vittatis.

Carvifolia L. 478. S. caule pedali, glabro, sulcato, angulis acutis submembranaceo, fol. laete viridibus, glabris, multiplicato-pinnatis, pinnulis oppositis, petiolatis, cum impari pinnatifidis, laciniis 3-fidis, vel simplicibus, oblongo-lanceolatis, mucronatis, ciliatis, apice callosis; umbell. planis, multifidis, fructiferis, convexis, florb. ante anthesin purpurascentibus, dein albidis, involucr. setaceis, *universali* deciduo, 2-phyllo, *partialb.* polyphyllis, umbella brevioribus; fructb. ovalibus, compressis, dorso 3-costatis, stylis reflexis coronatis. *Fl. D.* t. 667. *H. Umb. p.* 152. t. *I. f.* 16. *J. A.* t. 16. *Laserpitium selinoides. Scop. Athamanta flexuosa Decand. Angelica Spr. Umb. p.* 16. *A. tenuifolia. R. Pent*, t. 18.

Caraway-leaved Milky Parsley. A. *Le Selin anguleux, ou à feuilles de Cumin.* G. *Kümmel-*

blättrige S. Feinblättrige Engelwurz, *Rofsfenchel*; *s. Wiesenölsnich*. G. *Köménlevelü derezle*. H.
In pratis humidis umbrosis et paludosis ubique. Jul. Aug. P.
Oreoselinum Crantz. 479. S. caule bipedali, crasso, angulato, tereti, sulcato, sanguineo, glabro, fol. divaricatis, refractis, rigidis, laete viridibus, 3-plicato-pinnatis. pinn. oppositis, remotis, sessilibus, pinnatifidis, lobis alternis, 3-fidis, lacin. lanceolatis, acutis, apice albo-cartilagineis, umb. terminalibus planiusculis, multifidis, umbellulis convexis, multifloris, involucri foliolis reflexis, lineari-acutis, integerrimis; florb. regularibus, albis; fructb. obovatis, compressis, margine alatis, dorso 3-costatis calyce stylisque reflexis coronatis. *Spr. Umb. p.* 15. *n.* 4. *Crantz Aliorumque. Oreoselinum. H. Umb. p.* 154. *Cl. Pann. p.* 695. *ic. O. majus. M. h.* 3. S. 9. t. 17. *f.* 1. *R. Pent.* t. 8.
Mountain Stone-Parsley, *or Yellow Hartwort*. A. *Le petit Persil des montagnes*. G. *Kleine* Berg-*petersilie*; *gelbe Hirschwurz*. G. *Tzitrom derezle*. H. *Il Selino Oreselino* I.
In pratis elatioribus nemoralibusque atque aridis ad Segesvár; N. Bunn; Köhalom, Brassó, Torda, Kolosvár, Deva etc. vulgare. Jul. Aug. P.
austriacum. Jacq. 480. S. caule pedali, sulcato, ramoso, fol. multiplicato-pinnatis, foliolis ovatis, incisis, mucrone exiguo terminatis; involucro universali cum partialibus 10-phyllo, foliolis lineari-lanceolatis, reflexis, margine membranaceis; fructb. ellipticis, hinc planis, illinc convexiusculis, valleculis instructis, 3-s. 4-costatis, margine alato diaphanoque cinctis. J. *A.* t. 71. *S. argenteum Cr.* t. 4. *f.* 2.
Austrian Milky-parsley. A. *Le Selin d'Autriche*. G. *Oesterreichische S.* G. *Austriai derezle*. H.
In pratis montosis juxta Segesvár, ibidem *am Knopf*, in subalpinis pratensibus, prope aquam mineralem Lövéte et versus M. Hargita et in alpinis fere ubique. Jul. Aug. P.

sylvestre L. 481. S. lactescens, radice fusiformi multiplici, caulibus plurimis, erectis, teretibus, laevibus, glabris, foliis sub-3-pinnatis, pinnulis lanceolatis, obtusis, subdentatis; floribus albis, pet. inflexis, involucro *universali* polyphyllo, foliol. subaequalibus, margine membranaceis, lanecolatis, *partialb.* plerumque 8-phyllis; foliol. inaequalibus; fruct. ovato-oblongis, dorso 3-costatis, stylis erectis coronatis. *J. A.* t. 15. *Fl. D.* t. 412. *Tysselinum M. h.* 3. *S.* 9. t. 17. *f.* 2.
CL. HIPPOMARATHRUM. *Buxb. Hal. p.* 159. *Horse-Fennel.* A. *Le Fenouil de Chéval.* G. *Rofsfenchel.* G. *Lókömény. H.*

CH. GEN. *Umb.* comp. inaequalis et patens. *Invol. univ.* o. *Involucella* 1-phylla, foliolo pelviformi, perforato, margine dentato. *Sem.* oblonga, striata.

pelviforme 535. H. caulibus pedalibus, erectis, anguloso-striatis, nitidis, glabris, ramosis, dichotomis; foliis glaucescentibus, *radical. et caulin. infimis* duplicato-pinnatis; pinnulis lineari-filiformibus simplicibus bifidisve; *summis* o, tantum eorum loco vagina membranacea striata; umbellis globosis, densis; flosc. albis, exiguis; involucello pelviformi, dentato-crenato, pubescente. Seseli Hippomarathrum. *J. A.* t. 143. *Ses. articulatum. Cr. A III. p.* 205. t. *V. f.* 1.2.

Various leaved Meadow Saxifrage. A. *La Seseli pelviforme.* G. *Beckenförmiger Rofsfenchel.* G. *Szilkés lókömény.* H.

In montb. arenosis siccioribusque prope Segesvár ibidem versus *Knopf et Eichrück*, item ad Brassó *gegen den Kapellenberg*. Jul. Aug. P.

CLI. Scandix. L. G. 489. *Chervil*. A. *Le Cerfeuil*. G. *Körbel*. G. *Törbulya v. Turbolya*. H.

Ch. Gen. *Umb*. comp. plana. *Invol. univ*. o. *Involucella* polyphylla laciniata. *Cor*. radiatae, petalis inaequalibus emarginatis. Flosc. *disc*. saepe steriles. *Fruct*. longus, sublinearis, 4-s-5-sulcatus, stylis rostratus.

Pecten L. 536 Sc. caule palmari, ramoso, striato, piloso; foliis subpilosis, vaginalibus, tripinnatis; foliolis multipartitis, linearibus, mucronulatis; involucellis 5-phyllis, foliolis lanceolatis, apice bifidis, ciliatis; pedicellis duplo longioribus; fructb. basi crassiusculis, striatis, in longum rostrum bifariam retrorsum scabrum desinentibus, stylisque elongatis furcatis coronatis. *J. A.* t. 263, *Fl. D.* t. 844. *H. Umb. p.* 24. t. 1. *f.* 22. *E. B.* t. 1397. *M. h.* 3. *S.* 9. t. *XI. f.* 1.

Common Shepherd's needle; *Crake Needle*, *Lady's, or Venus Comb*. A. *L'Aiguille de Berger, ou le Peigne de Venus*. G. *Kamm-Hechel-s. Nadelkörbel*; *Venuskamm*. G. *Tõhegymagú turbolya*; *Töhegyüfü*. H. *Il scandice Pettine di Venere*. I.

In agris cultis arenosis praeprimis avenaceis versus Csik-Szereda et Kezdi-Vásárhely, immo ac prope A. Râkos et Köhalom etc. Jun. Jul. A.

CLII. MYRRHIS. *Scop. Carn. Ed.* 2. *n.* 342. *Sweet Fern*. A. *Myrrhe*. G. *et* G. *Mirha*. H.

Ch. Gen. *Umb*. comp. plana. *Invol. univ*. o. *Part*. polyphylla. *Fl. M. et Herm*. radiati. *Fruct*. cylindricus, superne angulatus, profunde sulcatus, glaber, angulis acutis hirsutis, apice attenuatus, breviter rostratus.

odorata. 537. M. caule erecto, striato, glabro, ramoso; foliis laete viridibus, pubescentibus, supradecompositis; pinnulis lanceolatis, inciso-serratis; vaginis membranaceis, brevibus, involucellis 2-phyllis, foliolis lanceolatis, mucrone longo terminatis, refractis, fructibus maximis;

5-gonis, profunde sulcatis, fuscis *H. Umb. I. p.* 29. t. *I. f.* 23. *Scandix odorata. J. A App.* t. 37. *E.* B. t. 697. *Chaerophyllum. Lam. et Decand. Odorata R. pent* t. 56.

Anise- Chervil, Sweet Cicely. Great Sweet Chervil. A. *La Myrrhe odorante, ou le Cerfeuil musqué.* G. *Wohlriechende Mirrhe; Aniskörbel.* G. *Illatos mirha; Illatos turbulya; Olasz saláta; Bétsi turbolya.* H.. *La mirra odorata.* I.

In montibus graminosis versus Berethalom et in Subalpinis herbidis Barcensibus Bistricensibusque haud infrequens. Maj. Jun. P.

CLIII. DAUCUS. L. G. *Carrot.* A. *La Carotte.* G. *Karotte S. Möhre.* G *Murok.* H.

CH. GEN. *Umb.* comp. concava. *Invol.* pinnatifida. *Cor.* subradiatae, hermaphroditae. *Fruct.* subrotundus aculeato-setosus, solidiusculus.

Carota L 538. D. caule bipedali, erecto, sulcato-striato, hispido, dichotomo; foliis hirsutis, 3-pinnatis, foliolis cuneiformibus, mucronatis, costa hispidis, involucro 10-phyllo; foliis pinnatifidis; involucellis plerumque 3-fidis; flosc. *radii* fertilibus *disci* sterilibus; petalis emarginato-inaequaliter bilobis; fructb. aculeatis glabris, apice glochideis armatis. *Fl. D.* t. 723. *E.* B. t. 1174. *H. Umb. p.* 63. t. *I. f.* 10. *Staphylinus. R. Pent.* t. 28.

Wild Carrot; Bird's Nest. A. *La Carotte sauvage.* G. *Gemeine s. wilde Möhre; Vogelnest.* G. *Murok v. Sárga répa.* H. *La Carota s. Carotola.* I. *Murco-i.* V.

In pratis arenoso-siccioribus, dumetis, nemoribus, pascuis, pomariisque et ad vias vulgaris. Jun. Jul. B.

CLIV. CAUCALIS. L. G. 464. *Bastard-Parsley.* A. *Le Caucalier.* G. *Haftdolde.* G. *Laptur-bulya.* H.

CH. GEN. *Umb.* comp. *Invol.* polyph. simplex integrum. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* radiatae. Flosc. *disci* masc. *Petala* inaequalia emarginato-biloba, inflexa. *Fruct.* subovatus s. oblongus,

subcoriaceus, costis setosis, valleculis aculeatis armatus, vel dorso 3-costatus, costis setosis trifariam sursum aculeatis obtectus, aut 7-costatus, costis primariis secundariisque bifariam aculeatis.

grandiflora. L. 539. C. caule erecto, angulato, striato, laevi, superne dichotomo, ramis divergentibus, foliis 3-pinnatis, basi vaginantibus, subtus scabris; folio terminali reliquis 2-plo majore; flosc. *disci* plerumque sterilibus, *radii* 2, vel 3 fertilibus, petal. *exterior*. maximis bipartitis, invol. 5-phyllo pedunculos subaequante, foliolis oblongo-lanceolatis, mucronatis, nervosis, margine albidis, unico caeteris duplo longiore; involucellis dimidiatis, 5-phyllis, foliolis ovato-lanceolatis, unico reliquis majore, pet. exterioribus maximis, niveis; fructb. magnis, dorso 3-costatis, costis setosis valleculis trifariam sursum aculeatis, stylis longioribus coronatis. *J. A.* t. 54 *Bieb. C. I. n.* 517. *M. h.* 3. *S.* 9. t. 14. *f.* 3. *Orlaya grandiflora. H. Umb. p.* 58. *Echinoph. fl. magno. R. Pent.* t. 25.

Large-flowering Bastard-Parsley. A. *Le Caucalier à grandes fleurs* G. *Grofsblumige Haftdolde*. G. *Nagyviragú lapúturbulya*; *Fejér búzavirág*. H. *La Cauculide di fiori maggiori*; *o la Lappola campestre*. I.

In pratis montosis agrisque cultis juxta Szelindek et Vizakna; item in locis *die Mezöség* dictis etc. Maj. Jun. P.

daucoides L. 540. C. caule divaricato-ramoso, anguloso striato, glabro; foliis duplicato-pinnatis, hispido-pilosis, pilis patulis; umbellis 3 fidis, nudis; flosc. sessilibus rubicundis, tribus plerumque fertilibus; involucro 1-phyllo, lanceolato, deciduo; involucellis plerumque 3-phyllis; foliolis lanceolato-linearibus, ciliatis; fructb. cylindrico-ovatis, dorso angulatis, aculeis rigidis, apice uncinatis, nitide glabris armatis. *J. A.* t. 151. *H Umb. p.* 56. *T. I. f.* 14. *C. leptophylla. Schkh.* t. 61. *Echinoph. R. Pent.* t. 24.

Carrot-leaved Bastard Parsley. A. *Le Caucalier daucoide.* G. *Karotenartige Haftdolde.* G. *Murokforma lapúturbulya.* H.

In agris cultis versus Oltzinna; item ad agrorum margines ad Szelindek, Köhalom, Garad, Ugra, Segesvár, etc. atque in vineis pratisque montosis vulgaris. Jun. Jul. A.

latifolia L. 541. C. caule erecto, angulato, striato-scabro; foliis vaginantibus, pinnatis; pinnulis oppositis, serratis, in nervum decurrentibus; vaginis amplexicaulibus, striatis; umbellis 3-v. 4-fidis, involucro 3-phyllo subfultis; umbellulis 5-carpis; flosc. rubellis, involucellis 5-phyllis; foliolis obtusis; fructb. maximis, dorso gibbosis, oblongis, 7-jugatis, jugis alterne bifariam aculeis uncinatis, validis coloratisque armatis. *J. Vind.* t. 128. *E.* B t. 198. *M. h.* 3. *S.* 9. t. 14. *f.* 1. *et* 2. *Turgenia latifolia.* *H. Umb. p.* 59.

Large leav'd Bastard Parsley. A. *Le Caucalier à feuilles larges.* G. *Breitblättrige Haftdolde.* G. *Széleslevelü lapúturbulya.* H. *La Caucalide maggiore.* I.

In agris elatioribus calcareisque post Darótz et in pratis *die Mezőség* frequens. Jul. Aug. A.

arvensis. 542. C. caule subprostrato, piloso, ramosissimo, ramis divaricatis; foliis bipinnatis, foliolo terminali lineari-lanceolato, omnibus pilosis; umbella 3 vel 10. fida; invol. 0; involucel. 3-v. 5-phyllis; flosc. ex albo-rubellis; fructb. ovatis, aculeis simplicibus densisque armatis; stylis reflexis coronatis. *Cauc. helvetica. J. Vind.* t 16.

Field Bastard Parsley. Angl. *Le Caucalier des Champs.* G. *Ackerhaftdolde.* D, *Mezei lapúturbulya.* H. *La Caucalide di campo.* I.

Anthriscus. 543. C. caule erecto, scabro, striis rubris notato, ramoso; foliis scabris, pilosis, saepe maculis sanguineis adspersis, bipinnatis; pinnulis pinnatifidis, ovato-lanceolatis, terminali lineari-lanceolato; flosc. difformibus, peta-

lis exterioribus majoribus, disci corollulis sterilibus; involucro 6-phyllo, foliolis pinnatifidis scabris, lacinia terminali elongata; involucellis dimidiatis 6-phyllis inaequalibus; fructb. ovatis, costis valleculisque pilis rubicundis, aculeatis apice uncinatis, scabris sparsisque armatis. *Sm. Britt.* 1. *p.* 303. *E. B.* t. 487. *Tordylium J. A.* t. 261. *Fl. D.* t. 919. *Torilis Anthr. H. Umb. p.* 51. *T. I. f.* 18.

Red flowered Bastard-Parsley; Hedge Parsley. A. *La Caucalier anthrisque, ou âpre.* G. *Gemeine Haftdolde; Hecken, s. Schafkörbel, Zirmet.* G. *Közönséges lapúturbulya.* H. *La Caucalide volgare; o la Lappola ruvida.* I.

In pomariis nemoribusque umbrosis et ad sepes frequentissime. Jul. Aug. A.

maxima L. 544 C. caule 2-pedali, erecto, fistuloso, sulcato-striato, ramoso, hispido, pilis rigidis, reflexis, fol. laete viridibus, hispidis, alternis, pinnatis, in petiolum brevem membranaceum hispidumque decurrentibus, semiamplexicaulibus; foliol. 7, oblongo-lanceolatis, grosse inciso-dentatis; terminali reliquis longiore; caulin. summis 3-nis; inv. polyphyllo, foliolis subulatis, umbella majoribus, hispidissimis, involuc. dimidiatis; coroll. radiatis, albis, subtus rubris; omnibus fertilibus; fructb. orbiculatis, compressis, hispidis, margine incrassato muricato armatis. *Tordylium maximum. J. A* t. 142. *Heracleum Tordylium Spr. Umb. p.* 12. *M. h* 3. S. 9. t. *XVI f.* 1.

Creat's Hart wort. A. *Le grand Caucalier.* G. *Sehr grofse Haftdolde; Drehkraut; Grofse Zirmet.* G. *Durva magtaraj.* H. *La Cauc. alta; Il Capobianco maggiore.* I.

In ruderatis et collinis juxta Újegyháza, Segesvár, ibidem versus *Hühnerpicker et Schulberg etc.* Jul. Aug. A.

nodosa. LAM. 545. C. caulibus prostratis, teretibus, scabriusculis, diffuso-ramosis, ramis dichotomis; fol. pilosis, internodiis brevioribus, supra-

decompositis, pinnulis pinnatifidis; umbellulis lateralibus oppositifoliis, sessilibus, simplicissimis, glomeratis, pedunculo longioribus; flosc. exiguis, sessilibus, uno alterove sterili; fructb. sessilibus, ovatis, in radio pilis rigidis uncinatis, undique hispidis, in disco punctis elevatis tantum scabris vestitis. *Tordyl. nodosum.* *J. A. App.* t. 24. *Torilis macrocarpa. G. Fr. I. p.* 82. t. 20. *f.* 6. *M. H.* 3 S. 9. t. 14. *f.* 10.

Knotted Bastard-Parsley. A. *Le Caucalier noueux.* G. *Knottenhaftdolde.* G. *Tseplesz magtaraj.* H. *La Cauc. nodosa.* I.

In ruderatis et ad sepes prope Devá et Hunyad item in agris cultis *die Mezöség* nempe versus Torda. Jul. Aug. A.

CLV. LIBANOTIS. *Scop. Carn.* 2. *n.* 316. *Incense root.* A. *La Libanote.* G. *Weihrauchwurzel.* G. *Tömjénngyöker.* H.

Ch. Gen. *Umb.* comp. *Invol. univ. et Involucella* polyphylla. *Cor.* aequales. *Flor.* omnes fertiles. *Fruct.* ovato-oblongus, 5-costatus profunde sulcatus, tomentosus, nec aculeatus; nec emarginatus.

Rivini. Scop. 546. L. caule bipedali altioreve, erecto, angulato-sulcato, hispido, ramoso; fol. laete viridibus, supra glabris, subtus costa pilosis, caeterum in longum petiolum 3-angularem, supra canaliculatum, basique membranaceo-vaginalem desinentibus; 2-pinnatis, planis; pinnulis alternis integris incisisve; lac. lanceolatis, acuminatis, imis decussatis; umbellis hemisphaericis; involucri involucellorumque foliolis linearibus reflexis; flosc. aggregatis, sordide albis; fructb. ovatis, obtusis, villosis. *Athamanta Libanotis. J. A.* t. 392. *Riv.* t. 37.

White Hart-wort; Mountain Stone Parsley. A. *La Libanote de Mr. Rivin. Le Turbet des Montagnes.* G. *Weifse Weihrauchwurzel; Hirschheil.* G. *Fejér Tömjengyöker.* H. *Il Rosmarino bianco.* I.

In pratis montosis nemorosisque prope Segesvár ibidem versus *Knopf*, *Attilasloch et Fuchsloch* copiose; item ad N. Bunn, et juxta Kolosvár etc. Jul. Aug. P.

CLVI. TORILIS. Gaertn. *Bur-Chervil.* A. *Le Persil bâtard.* G. *Klettenkerbel.* G.

Ch. Gen. *Umb.* comp. breviter pedunculata. *Invol. univ.* o, *part.* polyphylla. *Cor.* aequales. *Fruct.* ovalis, ecostatus, undique muricatus.

Anthriscus 547. T. caule erecto, ramoso-diffuso, nodoso-sulcato, superne glabro; fol. 3 pinnatis, basi vaginantibus, costa pilosis; umbellis lateralibus 4-v. 5-fidis; fructb. oblongis, scabris, nigris, aculeis incurvis, scabris, armatis. *Scandix Anthriscus. J. A.* t. 154. *Fl. D.* t. 863. *M. h.* 3. *S.* 9 t. 10. *f.* 2.

Rough seeded Wild Chervil. A. *Le Scandix hérissé; ou le Tordyl âpre.* G. *Gemeiner Klettenkörbel; Eselskörbel; Eselspetersilie.* G. *Szamár turbulya, v. petrezselyem; Televény turbolya.* H. *Il Cerfoglio ispido.* I.

In ruderatis, pomariis, muris vetustis et ad sepes vulgatissime. Maj. Jul. A.

CLVII. CHAEROPHYLLUM. L. G. 440. *Wild Chervil.* A. *Le Cerfeuil.* G. *Kälberkropf.* G. *Esztergamak.* H.

Ch. Gen. *Umb.* comp. plana. *Invol. univ.* o. *Part.* polyphylla, concava, reflexa. *Cor.* radiatae; petalis inflexo-cordatis. *Fruct.* oblongo-linearis, teres, subulatus, ecostatus, nitidus, laevis, commissura sulcata.

hirsutum. Jacq. 548. Ch. caulibus aequalibus, erectis, sulcato-striatis, hirsutis, ramosis; fol. bipinnatis; pinnulis incisis, acutis, hirsutis, vaginis ramosis, apice pilosis; flosc. disci sterilibus, involucellis 5-phyllis, lanceolatis, margine albidis, aetate refractis, pedunc. laevibus, pet. undique margine hirsutis, fructb. oblongis, 10-costatis, acuminatis, stylis divergentibus coronatis. *J. A.* t. 148. *M. h.* 3. *S.* 9. t. 10. *f.* 6. *R. Pent.* t. 50. *Myrrhis hirsuta. Pers.*

Hairy Wild Chervil. A. *Le Cerfeuil velu*. G. *Rauh blättriger Körbel*; *Bergwiesen- Kälberkropf*. G. *Szöröslevelü turbolya*. H. *Il Cerfoglio irsuto*. I.

In dumetis, nemoribus umbrosis et pomariis valde vulgare. Jun. Jul. P.

temulum. HOFFM. 549. Ch. caule bipedali, erecto, geniculato-tumido, maculato, scabro, solido; fol. villosis, 3-pinnatis, costa scabris, purpurascentibus, superiorb. sessilibus; umb. floriferis declinatis; flosc. irregularibus, disci sterilibus, involucell. 6-8-phyllis, foliol. inaequalibus, deflexis, hirsutis, fructb. lanceolatis, maturis costato-sulcatis, nitidis, fusco-nigrescentibus, stylis patulis coronatis. *H. Umb. p.* 33. t. *I. f.* 20. *J. A.* t. 65. *Fl. D.* t. 918. *Myrrhis temula G. Fruct. I.* t. 23. *f.* 10. *M. h.* 3. S. 9. t. 10. *f.* 7. *Scandix Roth.*

Spotted Chervil. A. *Le Cerfeuil penché*. G. *Berauschender s. Taumelkörbel*. G. *Szèditö turbolya*. H. *Il Cerfoglio inebriato*, *o macchiato*. I.

In dumetis umbrosis, nemoribus, et ruderatis ac ad sepes ubique. Jun. Jul. B.

ANN. *Invol. univ.* 3-s. 5-phyllum, deciduum; fol. lineari-lanceolatis, hirsutis.

bulbosum JACQ. 550. Ch. radice napiformi, caule bipedali, erecto, solitario, superne ramoso, geniculato, tumido, laevi, maculis purpureis notato, basi hirsuto, fol. 3-pinnatis, glabris, costa hirsutis; pinnulis tenuissime incisis; vaginis longissimis, striatis; involucellis 5-phyllis, reflexis, fructb. superne angustioribus, striatis, stylis distantibus coronatis. *J. A.* t. 63. Cicutaria pannonica *Cl. h. II. p. CC. ic.* Myrrhis foetens. *R. Pent.* t. 50. *M. h.* 3. *S.* 9. t. 10. *f.* 8.

Knotty or Touberous Chervil. A. *Le Cerfeuil bulbeux*. G. *Knoll-s. Rübenkörbel*, *Peperlein*, *Pimperlimpimp*. (*Boreboicher*, a Nostratibus Saxonibus vulgo appellatum.) G. *Tsemege bürök*, *Mogyoró-Saláta*; *Baraboly*, *Bubujitska*; *Bösö. vény*. H. *Il Cerfoglio bulboso*. I.

In dumetis elatioribus nemoribus hortis pomariisque et ad sepes fere ubique. Jun. Jul. P.

aureum. JACQ. 551. Ch. caule erecto, angulato, striato, scabriusculo, inferne hirsuto, superne ramoso, maculato, fol. supra nudis, subtus hirsutis, pinn. ovato-inciso-acutis, extimis confluentibus; flosc. pluribus sterilibus, fructb. maturis lanceolatis, obtusiusculis, costis flavis, valleculis 3-striatis, fuscis, stylis longis erecto-patulis coronatis. *J. A.* t. 64. *Myrrhis. M. h.* 3. *S.* 9. t. 10. *f.* 2. *Scandix Roth.*

Gold Coloured-seeded Chervil. A. *Le Cerfeuil doré, ou á fruits jaunes.* G. *Goldgelbfruchtiger Körbel.* G. *Aranyszinü turbolya.* H. *Il Cerfoglio dorato.* I.

In herbidis subalpinis juxta Brassó ibidem in *M*tb. *Schülergebirge et Piatrá-Mare* item in Cott. Hunyadensi versus *M. Paringuluj etc.* Jul. Aug. P.

aromaticum L. 552. Ch. caule bipedali, erecto, tereti, angulato, solido, hirsuto, maculato, ramoso, fol. basi vaginalibus longe petiolatis, biternatis; pinnis oblongo-lanceolatis, acutis, serratis; caul. summis sessilibus vaginalibus 3 natis; foliol. 3-lobis inciso-serratis; umbellulis subglobosis; invol. o, vel pauciphyllo, deciduo, foliol. ovato-lanceolatis, involuc. 5-phyllis, dimidiatis, lanceolato-mucronatis, pilosis; fructb. oblongis nigro-fuscis, nitidis, laevibus, stylis reflexis biaristatis. *J. A.* t. 150.

Aromatic Chervil. A. *Le Cerfeuil aromatique.* G. *Gewürz-Kälberkropf; Mattenkörbel.* G. *Füszerszámos turbolya.* H. *Il Cerfoglio aromatico.* I.

In pomariis et nemoribus ad Újegyház, ibidem *in den neuen Gärten;* item juxta Segesvár scil. versus *Knopf et Siechenwald;* et juxta N. Bunn, Köhalom et Berethalom etc. atque in herbidis subalpinis ubique. Jun. Aug. P.

sativum. LAM. 553. Ch. caule erecto, ramoso, sanguineo, striato, glabro, geniculis tumidiusculo; fol. laete viridibus, decompositis, pinnulis ova-

tis, remotis, pinnatifido-profunde incisis; vaginis pilosis; umbellis lateralibus, oppositifoliis, breviter pedunculatis, 3-vel 5-fidis; flosc. omnibus fertilibus, involucellis paucophyllis; foliol. lanceolatis, ciliatis, refractis, fructb. brevibus, oblongis acuminatis, rostratis, nitidis, nigris. *Gr. Fr.* 1. t. 23 *f.* 9. *Spr. Umb. p.* 30. *Scandix Cerefolium. J. A.* t. 390. *E.* B. t. 1268. *Cerefolium R. Pent.* t. 42. *M. h.* 3. *S.* 9. t. 11. *f.* 1. *Anthriscus Cerefolium. H. Umb. p.* 41. *n.* 2. *t. I. f.* 21.

Garden Chervil. A. *Le Cerfeuil commun, ou cultivé.* G. *Gartenkörbel, Körbelkraut.* G. *Kerti turbolya; Olasz-Saláta.* H. *Il Cerfoglio di giardino.* I.

In dumetis, pomariis umbrosisque, et ad sepes hortorum vinearumque margines vulgatissime. Maj. Aug. A.

sylvestre. L. 554. Ch. caule pedali majoreque erecto, fistuloso, sulcato, inferne scabriusculo, dein glabro, geniculis tumidiusculo; fol. 3-pinnatis, pinnulis ovato-lanceolatis, pinnatifidis, vaginis striatis, glabris; involucellis 5-phyllis, reflexis, pusillis; fructb. acuminatis oblongo-compressis, striis 2 lateralibus notatis, birostratis, nitide-glabris, nigris. *J. A.* t. 149. *E. B.* t. 752. *Cerefolium sylvestre R. pent.* t. 44. *M. h.* 3. *S.* 9. t. 11. *f.* 5. *Anthriscus sylvestris. H. Umb. p.* 40. *n.* 1. *T. I. f.* 19.

Smooth-Seeded Chervil, or Wild Cicely, or Cowweed. A. *Le Cerfeuil sauvage.* G. *Wilder Körbel, s. Kälberkropf; Kuhpetersilie; Schurre.* G. *Vadturbolya; Tsengeböröк.* H. *Il Cerfoglio salvatico.* I.

In dumetis, nemoribus umbrosis, pomariis pratisque, immo vero ad sepes valde commune. Maj. Jul. P.

Ordo III. Trigynia.

* Flores superi.

CLVIII. OPULUS. Moench. *Marsh-Elder.* A. *L'Obier.* G. *Schneeballbaum.* G. *Hólaptafa.* H.

Ch. Gen. *Cal.* persistens, pusillus, 5-dentatus. *Cor.* rotata, 5-partita. *Stigm.* 3. *Antrum* pomum, globosum, 1-spermum.

glandulosa. Moench. 555. O. foliis 3-lobis, acuminatis, dentatis, petiolatis, petiolis glabris, glandulis 4, vel 6, reniformibus sessilibusque, auctis; corymbis pedicellatis, radiatis, planis; flosc. *radii* sterilibus albis, disci minoribus flavescentibus fertilibus; pomis purpureo-sanguineis. *Viburnum Opulus. Kern.* t. 35. *Fl. D.* t. 661.

Var β. *O. rosea*, floribus plenis, globosis, sterilibus.

Common Marsh-Elder; β. *Gelder-Rose.* A. *L'Obier sterile*; *Le Caillebot*; *La Pelote*; *La Viorne lobée.* β. *La Rose des Gueldres.* G. *Drüsiger Schneeballbaum*, *Kalinkenbaum*; *Strauchholz*; *Wasserflieder*; *Gimpelholz*; β. *Rosenflieder*, *gefüllter Schneeballen.* G. *Közönséges Hólaptafa*; *Hógylyafa*; *Pirókfa.* β. *Laptavirág.* H. *Il Sambuco aquatico*, *o Maggio.* I.

In nemoribus ad Sz. Ersébeth, Dallya, etc. porro juxta Újegyház, Holzmany, Ollzinna, Segesvár, Kőhalom, A. Rákos, Brassó, et Besztertze etc. item in dumetis et pomariis β. ad hortorum sepes inque hortis Nobilium etc. Maj. Jun. Ar.

CLIX. VIBURNUM L. G. 503. *Mealy-tree.* A. *La Viorne.* G. *Schlingbaum.* G. *Bangita v. Kányafa.* H.

Ch. Gen. *Cal.* persistens, superus, minimus, 5-partitus. *Cor.* rotata, 5-fida. *Stigm.* 3. *Drupa* 1-locularis, 1-sperma. *Ossicul.* basi emarginatum, apice acutiusculum.

Lantana. L. 556. V. foliis oppositis, petiolatis, oblongo-ovatis, basi subcordatis, apice obtuse

acutis, serratis, venosis, supra rugoso-pilosis, viridibus, subtus nervosis, tomentosis, petiolo cumque venis villoso-tomentoso; florb. cymoso-corymbosis;, cor. regularibus, albidis; bracteis acutis,. drupa ovata, compressiuscula, *immatura* coccinea, *matura* nigra, ossiculo plano, nigro, striato. *J. A.* t. 341. *P. Rofs.* 2. *p.* 30. *Du Ham.* 2. t. 103.

Pliant Mealy-tree. A. *La Viorne cotonneuse commune.* G. *Wolliger Schlingbaum*; *Schlingbeere*; *kleiner Mehlbeerbaum.* G. *Közönséges Bangita*; *Ostorménfa*, *Iszalag.* H. *La Lantanna*, *a Viorna.* I.

In nemoribus montosis ad Segesvár, N. Bunn, Kőhalom, A. Rákos, Brassó etc. in dumetis et viis versus Várd et Szász-Veszöd; item ad vinearum margines etc. valde communis. Maj. Iun. Fr.

CLX. SAMBUCUS. L. G. 505 *Elder-tree.* A. *Le Sureau.* G. *Hohlunder.* G. *Bodzafa.* H.

CH. GEN. *Cal.* superus, persistens, 5-partitus. *Cor.* rotata, 5-fida. *Stigm.* 3. *Bacc.* 2-v. 3-sperma, globosa, carnosa, 1-locularis.

nigra. L. 557. S. arborescens; fol. petiolatis, pinnatis; pinn. ovato-acuminatis, serratis, glabris, stipulis minimis, subulatis; cymis 5-partitis, corol. fragrantibus, e flavo-ochroleucis, baccis atris. *Fl. D.* t. 545. *D. Ham. Ed. nov.* 1. *p.* 245. t. 55.

Common Elder-tree; *Black Berried Elder.* A. *Le Sureau commun*, *ou a fruits noirs.* G. *Schwarzbeerichter Hollunder*; *Baumholder*; *Fliederbaum*; *Schiebicken.* G. *Fekete bodzafa*; *Bodzabogyó*; *Bodzavirág.* H. *Il Sambuco nero*, *o arboreo.* I. *Soc.* V.

In dumetis, nemoribus, pomariis et pratis nemorosis, item ad sepes hortorum pomariorumque ubique valde communis. Maj. A.

Ebulus. L. 558. S. herbacea, radice reptante alba; caule 2-v. 3-pedali, tereti, sulcato; fol. pinnatis; pinnis oblongo-lanceolatis, serrato-hama-

tis; stipulis foliaceis, ovato-acutis; cymis 3-partitis; florb. ex albo roseis, bene odorantibus, baccis maturis, nigris. *Fl. D.* t. 1156. *P. Ross.* 2. *p.* 28.

Dwarf-Elder; Dane, or Wal-wort. A. *Le petit Sureau; L'Jeble; Le Sureau jèble.* G. *Zwerg-hollunder; Krautholder. Attich.* G. *Földi bodza.* H. *Il Ebbio, o Ebulo; La Sambuchella.* I. *Buos.* V.

In agris, dumetis, nemoribus et pascuis pratisque humidis; item in pomariis hortisque et denique ad sepes, aggeres fluviorumque ripas, vulgatissime. Jul. Aug. P.

racemosa. L. 559. S. arborescens, foliis pinnatis; pinnulis ovato-lanceolatis, acuminatis serratis, basi subnequalibus; petiolis glabris, stipulis crassis, obtusis; rac. compositis, ovatis, florb. e flavo viridescentibus, baccis e coccineo-sanguineis. *J. rar.* t. 59. *D. Ham.* 2. t. 66.

Red-berried Mountain Elder. A. *Le Sureau à Grappes, ou des montagnes.* G. *Traubenhollunder. Hirschholder; Berg-s. rother Hollunder; Wandelbaum.* G. *Fürtös bodza.* H. *Il Sambuco montano.* I.

In nemoribus montosis. v. c. post A. Rákos ibidem versus *M. Tepéj et Ürmös Tepéj*; item in Sdb. Csik et Háromszék; in sylvis, fagetis vinetisque ubique et in subalpinis frequens. Jun. Jul. Ar.

** Flores inferi.

CLXI. RHUS. L. G. 502. *Sumach.* A. *et* G. *Le Sumac.* G. *Tímárfa. v. Szumak.* H.

Ch. Gen. *Cal.* 5-partit. *Cor.* 5-petala. *Stigm.* 3. *Bacc.* 1 sperma.

typhinus. L. 560. Rh. frutescens, reptans; caule orgyali, ramoso; ramis alternis, teretibus, junioribus villosissimis, vulneratis lactescentibus; fol. alternis, supra saturate viridibus, subtus tomentosis, pinnatis, pinnis alternatim oppositis, elliptico-ovato-lanceolatis, argute-serratis; rac. terminalibus, compositis, ovatis, densisque,

florb. e viridi-flavescentibus, baccis e rubro-purpureis, sericeo-hirsutis. *W. Baumz. ed. II. p.* 360.

Virginian Sumach. A. Le Sumac de la Virginie. G *Virginischer Essig-s. Gärberbaum*; *Färberbaum.* G. *Virginiai Etzetfa.* H.

Ad hortorum urbanorum paganorumque sepes, et in hortis passim. Jun.

Annott. Frutex ob radices valde repentes agris pratisque obnoxius à Benkö aliisque hujatibus pro Rh. Coriaria Linn. Europae australi solummodo indigeno false venditatus. Ista enim species in nostra provincia hucdum neque detecta, neque culta est.

Cotinus. L. 561. Rh. arborescens, ramis teretibus, glabris, fol. alternis petiolatis, simplicibus, obovatis ellipticis, apice emarginatis, setula mucronata terminatis, integerrimis, utrinque nudis; racemis plumosis; bracteis filiformibus, pilosis, pedicellis longioribus; baccis ovatis, glabris, nigrescentibus. *J. A.* t. 210. *Pall. It. III. p.* 205. *n.* 70. t. H. Coggygria Plinii. *Cl. Pann. p.* 98. *ic. Ej. Hist. I. p.* 16. *ic.*

Perwey-tree-Venice Sumach. A. *Le Fustet Sumac, ou des Corroyeurs*; *L'Arbre des Perruques*; *Le Bois jaune.* G. *Perückenbaum*, *Gelbholz.* G. *Iszkompia*, *Szókompia*; *Szókompia*; *Paróka-tartó.* H. *Il Scótano*, *o Roso.* I. *Scumpi-é.* V.

Ad sepes vinearum et in locis depressis graminosisque ad oppid. Vajda-Hunyad frequens. Maj. Jun.

Arb. mediocris e Valachia ad nos migrata et in locis allatis solummodo hodie quasi spontanea, caeterum quoque in hortis Magnatum hinc illincque reperitur. Negotiatores in Valachia folia cumque ramulis colligunt et ex his lucrum bonum faciunt.

CLXII. STAPHYLEA. L. G. 507. *Bladder-Nut-tree.* A. *Le Staphilier.* G. *Pimpernufs.* G. *Halyogfa.* H.

Ch. Gen. *Cal.* 5-partit. coloratus. *Cor.* 5-petala, petalis erectis, oblongis, apice latioribus. *Nect.*

glandula concava urceolata. *Germ.* 3-partita. *Styl.* 2. v. 3. *Caps.* inflatae 2. 3. connatae. *Nuc.* 2. 3. globosae cum cicatrice.

pinnata. L. 562. St. frutescens, foliis oppositis cum impari pinnatis, petiolatis, glabris; foliol. 5-v. 7-nis, ovato-lanceolatis, acutis, serratis, subtus glaucis, stipulis membranaceis, obtusis, pellucidis, deciduis; racemis conjugatis, fasciculatis, pendulis, laxis, nudis; cal. externe e sanguineo rubris, corollis niveis, stylis 2, raro 3; caps. 2-vel 3-locularibus, nucibus 2, vel 3, osseis, e fusco bruneis. *Schkh.* t. 84. Staphylodendron *Tabern. p.* 1430.

Common Bládder nut-tree. A. *Le Staphilier ailé*; *Le Baguenaudier à Pater Noster*; *Le Néz Coupe*, *Le Pistachier sauvage*; *Le faux Pistachier*. G. *Gefiederter Pimpernufsbaum*; *Klappernufs*; *Paternosterstrauch*; *Rosenkranzstrauch; wilder Zürbelnufsstrauch.* G. *Halyog mogyorófa*; *Fattyú pisztátzfa*; *Rózsásászoruboytó.* H. *Il Staffilodendro, comune*; *o Pistacchio salvatico.* I.

In nemoribus montosis juxta Sz. Ersébeth; Holzmany; Segesvár; N. Bunn. etc. et ad vinearum margines ad Morgonda etc. valde vulgaris. Maj. Jun. Fr.

CLXIII. TAMARIX. L. G. 510. *Tamarisk.* A. *Le Tamarisque.* G. *Tamariske.* G. *Tamariska.* H.

Ch. Gen. *Cal.* 5-partit. *Cor.* 5-petala. *Caps.* 1-locularis, 3-valvis. *Recept.* parietalia. *Sem.* coma instructa.

germanica L. 563. T. frutescens, foliis sessilibus, imbricatis, lineari-lanceolatis, glaucescentibus; spicis terminalibus, densis; florib. solitariis, pedicellatis, decandris; caps. basi dehiscentibus. *Fl. D.* t. 234. (non optima.) *Pall. Jt. III. p.* 719. t. *F. f.* 2. *T. decandra. Ej. Ross.* 2. *p.* 73. t. 80. *Blw.* t. 331.

Common Tamarisk. A. *Le Tamarisque commun.* G. *Teutscher Tamariskenstrauch.* G. *Tamariskusfa*; *Atánfá.* H. *Il Tamarice volgare.* I. *Tamarisc* V.

Ad fluviorum ripas v. c. prope Alutam nempe inter *Felek* et Talmats; juxta Segesvár ad *Cochelium Majorem* et post Passum *Ojtós* ibidem prope rivulos etc. Jun. Sept. Fr.

CLXIV. CORRIGIOLA. L. G. 516. *Knobby-wort.* A. *La Corrigole.* G. *Knotenkraut.* G. *Tsomófü.* H.

Ch. Gen. *Cal.* 5-phyllus, persistens. *Cor.* 5-partita, persistens. *Nux.* 1, parva, rotundato-3-gona.

littoralis. L. 564. C. caule angulato, glabro, ramoso, ramulis sanguineis; foliis carnosis, integerrimis, oblongis, margine diaphanis; floribus fasciculatis, pedunculatis, lateralibus, terminalibusque, albis; calyc. margine membranaceis *Fl. D.* t. 334.

Sea Knobby-wort, or Strapwort. A. *La Corrigole.* G. *Ufer-Knotenkraut. Hirschsprung.* G. *Tengeri tsomófü.* H. *La Correggiuóla littorale.* I.

Ad ripas *Cochelii Majoris* ac *Alutae* hinc indeque passim. Jul. Aug. A.

CLXV. ALSINE. L. G. 518. *Chick-weed.* A. *La Morgeline.* G. *Miere s. Meierich.* G. *Tyúkhúr.* H.

Ch. Gen. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-partita, pet. 2-partitis. *Stam.* 3, 5, 10. *Caps.* ovato-oblonga, 3-angularis, 3-s. 6-valvis, 1-locularis, polysperma, calyce tecta.

media. L. 565. A. caule procumbente, ramosissimo pilosiusculo; foliis ovato-cordatis, petiolis ciliatis; pet. 2-partitis, albis; stam. saepius 3. *Gm. Sib. IV. p.* 148. *n.* 48 *Fl. D.* t. 525. (valde major.)

Common Chick-weed, or Hen-harm. A. *La Morgeline des Oiseaux.* G. *Gemeiner Meierich; Hühnerdarm; Hühnermyrrhe; Hühnergedärme; gemeines Vogelkraut.* G. *Köszönséges tyúkhúr; Ludhúr; Pipehúr; Tyúkbegy; Madárhur; Egérfül.* H. *Il Centóne, La Gallinella, o Paperina.* I. *Ráccovine.* V.

Inter segetes; in hortis, oleraceis et pomariis, copiosissime. Mart. Octbr. A.

*** Flores incompleti mixti.

CLXVI. AMARANTHUS. L. G. *Amaranth.* A. *L'Amarante.* Gall. *Sammtblume.* G. *Amaránt.* H.

Ch. Gen. *Cal.* 3-s. 5-phyllus, persistens, coloratus. *Cor.* o. *Fil.* 3. vel. 5. capillaria. *Anth.* versatiles, oblongae. *Styl.* 3, subulati. *Pixidium* 3-rostre, 1-loculare, 1-spermum. *Sem.* globosum.

Blitum. L. 566. A. caule diffuso, decumbente, fol. petiolatis, ovatis, emarginatis, subundulatis, apice mucrone parvo terminatis, glomerulis axillaribus terminalibusque, subspicatis, 3-andris, folio brevioribus; cal. 3-phyllis. *W. Mon.* p. 22. Blitum album minus *Pluck. phyt.* t. 212. *f.* 2.

Small White Blite. A. *L'Amarante vulgaire; La Blette d'Europe.* G. *Meier-Amaranth; Meierartiges Tausendschön; Teutsche s. Wilde Melde.* G. *Közönseges Bársonyvirág; Vad laboda.* H. *Il Amaranto Blito, o Bietolóne minore.* I.

In oleraceis et ad hortorum sepes. Jun. Aug. A.

viridis. L. 567. A. caule bipedali erecto, angulato; fol. petiolatis, elliptico-ovatis, apice emarginatis, margine subundulatis; glomerulis terminalibus, spicatis, axillaribus, sessilibus, calyc. masculis 3-phyllis viridibus; foliolis acuminatis; femin. 5-phyllis. *W. Mon.* t. 8.

Green Amaranth. A. *L'Amarante verde.* G. *Grüner Amaranth, Zigeunermelde.* G. *Zöld bársonyvirág.* H. *Il Amaranto verde.* I.

In oleraceis, agris cannabinis ruderatisque et ad sepes agrorumque margines fere ubique. Jul. Aug. P.

Ordo IV. Tetragynia.

CLXVII. PARNASSIA. L. G. 523. *Parnassie.* A. et G. *La Parnassie.* G. *Boglárpót.* H.

Ch. Gen. *Cal.* 5-partit. *Cor.* 5-petala. *Nect.* 5, cordata, ciliata, apice glandulis pedicellatis globosis vestita. *Caps.* ovata, 4-valvis, 1-locularis, polysperma.

palustris. L. 568. P. scapo palmari cubitalive, erecto, sulcato, glabro, medio folio sessili amplexicauli cordato-ovato, integerrimo, supra laete viridi venoso reticulato suffulto; foliis radical. longe petiolatis, obtuse cordatis; coroll. niveis; nectar. multiradiatis. *Gm. Sib. IV. p.* 91. *n.* 44. *Fl. D.* t. 584.

White Liver-Flower; *Grass of Parnassus.* A. *La Parnassie des Marais*; *Le Chien dent du Parnasse.* G. *Sumpfeinblatt*; *Studentenröschen*; *weisse Leberblume*, *Herrenblümel.* G. *Fejér májjfü.* H. *La Parnássia bianca*; *La Gramigna di Parnasso*; *Il Gramine di Parnasso.* I.

In pratis humidis et locis umbrosis, depressis subalpinisque valde communis. Aug. Sept. P.

Ordo V. Pentagynia.

CLXVIII. ARMERIA. Willd Enum. *Trift.* A. *L'Armerie.* G. *Grasnelke.* G. *Istátzfü.* H.

Ch. Gen. *Invol.* tubulosum reflexum. *Anthod.* polyphyllum. *Cal.* propr. 1-phyllus, limbo 5-dentatus, plicatus, scariosus. *Cor.* 5 petala; unguibus staminiferis. Recept. paleaceum. *Caps.* calyce tecta, subrotunda, obtusa 1-sperma, evalvis. *Sem.* superum cum longo funiculo pendulum. *Flor.* capitati, aggregati.

vulgaris L. 569. A. scapo cubitali, erecto, simplici, tereti, hirsuto, capitulo terminali; fol. radical. cespitosis, linearibus, pilosis, obtusis, planis, anthodii foliol. exteriorb. acutis, stylis inferne pilosis. *Fl. D.* t. 1092.

Common Trift, *Sea-Pink*, *or Custior*, *or Gilli Flower.* A. *L'Armerie commune.* G. *Gemeine Gras-s. Meernelke*; *Nelkenartiges Wiesenkraut.* G.

Közönséges istátzfü; *Gombos Lelleg.* H. *L'armeria volgare.* I.

In pascuis montosisque aridis v. g. in S. Csik versus Lazárfalva et Tusnád. Jun. Sept. P.

alpina 570. A. scapo palmari paullove longiore, erecto, tereti, striato, glabro, capitulo hemisphaerico terminali; foliis cespitosis, lineari-obtusis, supra subcanaliculatis, pallide viridibus; florib. e violaceo-sanguineis, petal. obtusis.

Alpine Trift. A. *L'Armerie des alpes.* G. *Alpenliebende Grasnelke*, G. *Alpesi istátzfü.* H.

In Alpibus summis graminosis Barcensibus scil. la Wárfulo Butschetsch. Aug. Septbr. P.

CLXIX. STATICE. L. G. *Sea-Lavender.* A. *La Statice.* G. *Seegras.* G. *Lelleg.* H.

Ch. Gen. *Cal.* 1-phyllus; integer, plicatus, scariosus. *Pet.* 5. *Caps.* evalv. 1-sperma, calyce tecta.

Limonium. L. 571. St. scapo digitali, cubitali elatioreve, procumbenti erecto, subscabro, angulato, paniculato, ramoso, ramis erecto-patentibus, semiteretibus, canaliculatis, fol. plurimis oblongo-ovatis, obtusis, enerveis, laeviusculis, subtus apice mucrone setaceo subreflexo fusco terminatis, crassiusculis, margine undulatis, stipulis semiamplexicaulibus, ovato-lanceolatis, scariosis, e fusco-bruneis, paniculis pedicellatis cymoso-diffusis, 3-quetris, imbricatis, subreflexis. *Fl. D.* t. 375. (sed male sculpta.)

Lavender Sea grass, *or. Sea Trift.* A. *La Statice des Marais.* G. *Gemeines Seegras.* G. *Szíki v. Tengeri lelleg.* H. *Il Ostaggio Limónio.* *Il Limónio*, *o Ben Rosso.* I.

In locis salsis prope Viszakna, Kolos, Torda, Déés-Aknaque et in pratis udis salsisque Sedis Udvárhely nempe ad pagos Hom. Sz. Pál, Péter, Márton etc. Jul. Aug. P.

tatarica. Biebr. 572. St. foliis rad. cespitosis, in petiolum basi latiorem desinentibus, caeterum margine cartilagineis, oblongo-obovato-lanceolatis, apice emarginatis, sub scissura mucrone ar-

matis; scapo angulato-sulcato, angulis alato, viridi, flexuose erectiusculo, digitali palmarive, ramosissime divaricato; ramis basi stipula obtuse cordata, apice subtus mucronulata, basi decurrente auctis, 3-gonis, cum paniculis plurimis, alternis plerumque dichotomis, erectis terminantibus; florib. dense congestis, brevissime pedicellatis; calycibus diaphano-niveis, scariosis, corollis calyce paullo exsertis, angustioribus, roseis, antheris violaceis. *Biebr.* C. I. *p.* 251. *n.* 624. *Gm. Sib. II. p.* 223. *n.* 16. *T. XCII.*

Tatarian Sea Lavender. A. *La Statice de Tartarie.* G. *Tartarisches Seegras.* G. *Tatariai lelleg.* H. *La Statice di Tataria.* I.

In locis salsis ad Cott. Alb. Infer. pertinentibus nempe juxta pagum Tohat. Exp. et Amicus *Dr. Sam. Gyarmathi* anno 1813. M. Jul. primo observavit et nonnulla exemplaria mihi benigniter communicavit. B.

CLXX. LINUM. L. G. 528. *Flax.* A. *Le Lin.* G. *Flachs.* G. *Len.* H.

CH. GEN. *Cal.* persistens, 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* basi coalita. *Caps.* supera, globosa, striata, 5-valvis, 10-locularis; valv. duplici segmento interstinctis. *Sem.* solitaria. nitido-splendentia.

* FOLIIS ALTERNIS.

usitatissimum. L. 573. L. caule cubitali pedalive erecto, solitario, apicem versus ramoso; fol. lanceolatis, pet. cyaneo-caeruleis, crenatis, calycibus capsulisque mucronatis. *Blw.* t. 160.

Common Flax; *Manured Flax.* A. *Le Lin commun, ou usuel.* G. *Gebräuchlicher s. gemeiner Flachs.* G. *Közönséges Len.* H. *Il Lino volgare.* I.

Inter segetes ed ad agrorum margines passim. In Districtu Barcensi praeprimis cum var. γ. et δ Linnei cultum. Jun. A.

perenne. L. 574. L. caule altiore stricto, tereti, ramoso, fol. lineari-lanceolatis, calyc. corol. caerulea duplo brevioribus, striatis, cumque capsulis obtusis. *Gm. Sib.* IV. *p.* 115. *n.* 83. *M. Dict.* 111. t. CLXVI. *f.* 2.

Perennial Flay. A. *Le Lin. perennal; ou de Siberie.* G. *Ausdauernder Flachs.* G. *Bokros len.* H. *Il Lino salvatico, o de Siberia.* I.

In pratis elatioribus arenosis versus Hortobágyfalva; item in iisdem locis pagorum Barcensium frequens. Maj. Jul. P.

hirsutum. Jacq. 515. L. caule cubitali altioreve erecto, tereti, subsolitario, sanguineo-rubro, villoso, apicem versus ramoso, fol. sessilibus, *inferior.* alternis, *ram.* oppositis, oblongo s. ovato-lanceolatis, vel ovato-acuminatis, utrinque hirsutis, margine ciliatis, florib. brevissime pedunculatis; bract. oppositis, lineari-acuminatis, calyc. villoso-hirsutis, lac. acutis; coroll. multoties calyce majoribus, patentibus, e violaceo pallide caeruleis. *J. A.* t. 31. *Sc. Carn. Ed.* 2. *n.* 382. t. 11.

Hairy Flax. A. *Le Lin velu.* G. *Rauhhaariger Flachs.* G. *Szőrős len.* H. *Il Lino irsuto.* I.

In montb. arenoso-graminosis pratensibusque; item in pomariis elatioribus et ad vinearum nemorumque margines per totam fere Transylvaniam. Jun. Aug. P.

nervosum. Kit. 516. L. caule cubitali pedalique, erecto, stricto, tereti-sulcato, tuberculato, glabro, apicem versus ramoso, ramis alternis, apice floriferis; fol. alternis, sessilibus, strictis, oblongo-acuminatis, 3-vel, 5-nerveis, laete viridibus, margine scabris; pedunc. plerumque apice dichotomis, reliquis alternis, basi bractea lineari-acuminata 3-nervea, breviore auctis, foliol. calycinis ovato-acuminatis, subulatis, 3-nerveis, margine alba membrana, angusta, scabriuscula cinctis, pet. calyce subtriplo longioribus, caeruleis, 5, vel 7 lineis saturate violaceis

pictis, limbo emarginatis. *W. et K.* t. 104. *Bocc. ic.* 1009.

Nervous Flax. A. *Le Lin à nervures.* G. *Geripp-ter Flachs.* G. *Inas len.* H.

In pratis elatioribus juxta Kolosvár scil. *die Heu-wi-sen*; item in Cott. Alb. Inf. prope pagum Elekes et in iisdem locis *die Mezöség* ac quidem inter Kolos et Torda. Iul. Aug. P.

narbonense. ROTH. 577. L. caulibus cubitalibus altioribusque, erectis, teretibus, basi ramosis; fol. sessilibus sparsis, strictis, lineari-lanceolatis, acuminatis, scabris, laciniis calycinis acutis, margine scabris, capsulam aequantibus. Bieb. C. I. *n.* 632. *Tab. Krt. v.* 1207.

Le Lin de France. G. *Französischer Flachs.* G. *Franziailen.* H. *Il Lino di Francia.* I.

In montosis umbrosis pratisque elatioribus *die Mezöség* et in pratis nemoralibus ad Segesvár ibidem versus *Knopf* etc. Jul. P.

austriacum. SCOP. 578. L. caulibus pedalibus erecto-diffusis, fol. rectiusculis linearibus, acutis; calycibus rotundatis, obtusis, petalis integerrimis, pallide coeruleis, venis saturate violaceis intertextis, stigmatibus capitatis. *J. A.* t. 418. *Cl. h. I. p.* 318.

Austrian Flax. A. *Le Lin d'Autriche.* G. *Oesterreichischer Flachs.* G. *Austriai len.* H. *Il lino austrico.* I.

In montosis arenosis nemorosisque prope Morgonda, Segesvár Szász-kezd, Köhalom etc. in versuris, muris et pomariis ad Segesvár etc. alibique copiose. Maj. Jul. P.

tenuifolium. JACQ. 579. L. caulibus palmaribus altioribusve strictis, teretibus, filiformibus, tuberculatis; fol. sessilibus, lineari-setaceis, erecto-patentibus, retrorsum scabris, calycinis foliolis ovato-setaceis, ciliatis, scabris, e viridi-fuscis; coroll. calyce triplo-longioribus, venosis, e violaceo-armeniacis, pedunc. filiformibus, bracteis lineari-subulatis suffultis. *J. A.* t. 215. *Bieb.* C. I. *n.* 634. *Tab. Krt. p.* 1207. *ic.*

Smal-leaved Flax. A. *Le Lin à feuilles etroites*. G. *Feinblättriger Flachs*. G. *Vékonylevelü len*. H. *Il Lino di foglie tenui*. I.

In aridis siccis juxta Morgonda nempe *die Flechte*; prope Szelindek nempe ad vinearum margines, porro ac ad Segesvár, ibidem *am Weiten- et Siechenberg* etc. Jun. Jul. P.

alpinum. JACQ. 580. L. caulibus digitalibus palmaribusve, procumbenti-erectis, teretibus, striatis, glabris, apice ramosis; fol. linearibus, acutiusculis, striatis, nudis, inferior. reflexis, calycibus rotundato-obtusis, coroll. margine venoso-caeruleis. *J. A.* t 321.

Alpin Flax. A. *Le Lin des Alpes*. G. *Alpenflachs*. G. *Alpesi len*. H. *Il Lino di alpe*. I.

In herbidis alpinis, scil. Cibiniensibus, Barcensibus et Szolnokensibus etc. Jul. Aug. P.

flavum. JACQ. 581. L. caule palmari cubitalive, erecto, angulato-sulcato, ramoso; fol. sessilibus, oblongo-lanceolatis, acuminatis, integerrimis, subtus 3-lineatis; florib. pedicellatis, bract. ovato-lanceolatis, summis lineari-lanceolati, cal. ovato-lanceolatis, acutis, argute serratis (vel ciliatis) erectis, coroll. inexplicatis contortis, dein campaniformibus, luteis, striis flavis unguem versus notatis limbo subdentatis, antheris luteis, sagittatis. *J. A.* t. 214.

Yellow Flax. A. *Le Lin à fleurs jaunes*. G. *Gelbblühender Flax*. G. *Sárga len*. H. *Il lino giallo*. I.

In montibus et pomariis ac pratis sterilioribus juxta Ujégyház; Sz. Ersébeth, Segesvár, Fejéregyháza, Köhalom, Brassó, Kolosvár etc. Maj. Jun. P.

** FOLIIS OPPOSITIS.

catharticum. L. 582. L. caulibus digitalibus palmaribusque, procumbenti-erectis, dichotomis; fol. sessilibus, obovatis, lanceolatis; floribus

ante florescentiam nutantibus 3, pet. ovato-acuminatis, niveis. *Fl. D.* t. 851.

Purging Flax; *Mill-mountain*; *Dwarf wild Flax*. A. *Le Lin purgatif.* G. *Pourgier s. Wiesenflachs*; *kleines Leinkraut*. G. *Béka len*; *Habhajtó len*; *Apró len*; *Anyliai len*; *Belekit inditó len*. H. *Il Lino minore*. *o purgante*. I.

In pratis elatioribus humidis, item in montosis arenoso-limosis et herbidis subalpinis ubique. Jun. Aug. A.

CLXXI. DROSERA. L. G. 531. *Sundew*. A. *La Rorelle*. G. *Sonnenthau*. G. *Harmatfű*. H.

CH. GEN. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Caps.* supera, 1-locularis, apice 5-valvis, polysperma. *Sem.* minima, hirsuta.

rotundifolia. 583. Dr. scapo digitali altioreque, erecto; foliis petiolatis, orbiculatis, e flavo viridibus, inferne nudis, superne rubicundis, apice roriferis; racemo spicato; spiculis secundis, laxis, apice subreflexiusculis 6, 16 ve floribus constantibus; cor. niveis, germine ovato. *Fl. D.* t. 1028. *E. B.* t. 867.

Common Sundew, or *Rosa Solis*; *Youthwort*; *Meergrass*. A. *La Rorelle à feuilles rondes*; *L'Herbe de la Goutte*; *La Rosée de Soleil*. G. *Rundblättriger Sonnenthau*; *Bauernlöffel*, *Jungfernblüthe*; *Edler Wiederton*. G. *Kereklevelű harmatfű*. H. *La Rugiada del Sole comune*. I.

In uliginosis spongiosisque ad pagum Szász-segesd ibidem *im Weiher*, in S, Háromszek prope *M. Büdös* ibidem in loco *Sósmező* in S. Csik ad pagum Tusnád scil. in loco *Kukujszás* et in Cott. Kolos ad radicem M. *Beles* etc. frequentissime. Jul. Sept. A.

longifolia. L. 584. Dr. scapo digitali, nudo, erecto, tereti, glabro; fol. ovato-oblongis, margine pilis purpureis apice glanduloso-capitatis vestitis, stigmatibus clavatis. *Fl. D.* t. 1093. *E. B.* t. 868. *Dr. intermedia* Hayne.

Long-leaved Sundew, or *Rosa Solis*. A. *La Rorelle à feuilles longues*. G. *Langblättriger Son-*

nenthau; *Herrenlöffelkraut.* G. *Hoszszúlevelü harmatfü.* H.
In turfosis ad pagum Tusnad scil. in locis *Kukujszás.* passim. Aug. P.

Ordo VI. Polygynia.

CLXXII, MYOSURUS. L. G. 538. *Mousetail.* G. *La Queue de Souris.* G. *Mäuseschwanz.* G. *Egérfarkfü.* H.

Ch. Gen. *Cal.* 5-phyllus, deciduus, appendiculatus. *Cor.* 5-petala; petalis oblique apertis unguiculatis, ungue tubuloso nectarifero. *Stam.* 5-12. *Recept.* longum, subulatum, capsulis imbricatim tectum. *Caps.* 2-valvis. Sem. plurima, oblonga, nuda.

minimus. L. 585. M. scapis pollicaribus digitalibusque, simplicibus, nudis, glabris, flore solitario, pallide flavo terminantibus, fol. cespitosis, crassiusculis, compressis, linearibus, obtusis, integerrimis, glabris; receptaculo maturo elongato-conico. *Fl. D.* t. 406. (pessime sculptus) *Gm. It.* 2. *p.* 198. t. 31.

Small Mouse-tail. A. *La Ratoncule mineure*; *La trés petite queue de Souris.* G. *Kleinster Mauseschwans*; *Mausegras*; *Herrnzippel*; *Kümmelzellen.* G. *Legkisseb egérfarkjü.* H. *La Coda di topo mi nima.* I.

In agris arenosis prope Szász-Segesd, Segesvár et Szász-Kezd; item in muris limosis ad Kőhalom; A. Rákos, Brassó etc. Maj. Jun. A.

CLASSIS VI.
HEXANDRIA.

CONSPECTUS GENERUM.

Ordo I. Monogynia.

CLXXIII. BERBERIS.
CLXXIV. PEPLIS.
CLXXV. LORANTHUS.
CLXXVI. NARCISUS.
CLXXVII. GALANTHUS.
CLXXVIII. LEUCOJUM.
CLXXIX. ALLIUM.
CLXXX. ORNITHOGALUM.
CLXXXI. SCILLA.
CLXXXII. ANTHERICUM.
CLXXXIII. HYACINTHUS.
CLXXXIV. ERYTHRONIUM.
CLXXXV. LILIUM.
CLXXXVI. FRITILLARIA.
CLXXXVII. UVULARIA.
CLXXXVIII. TULIPA.
CLXXXIX. HEMEROCALLIS.
CXC. CONVALLARIA.
CXCI. ASPARAGUS.
CXCII. TAMUS.

Ordo II. Trigynia.

CXCIII. RUMEX.
CXCIV. TOFIELDIA.
CXCV. TRIGLOCHIN.
CXCVI. COLCHICUM.
CXCVII. VERATRUM.

Ordo III. Polygynia.

CXCVIII. ALISMA.

CLASSIS VI.
HEXANDRIA.

Ordo I. Monogynia.

* Flores completi, calyculati, corollacei, bacciferi.

CLXXIII. BERBERIS. L. G. 595. *Bérbery-tree.* A. *L'Epine Vinette.* G. *Sauerdorn.* G. *Sóskafa.* H.

Ch. Gen. *Cal.* inferus, 6-phyllus, deciduus. *Cor.* 6-petala, regularis, basi glandulis 2 nectariferis instructa. *Anth.* didymae. *Bacc.* subcylindrica, carnosa, 1-locularis 2-v. 3-sperma. *Sem.* oblonga.

vulgaris. L. 586. B. frutescens; ramis alternis, spinis 3-plicibus, rigidis erectisque armatis, fol. breve petiolatis, obovatis, obtusis, glabris, serrato-spinulosis; racem. simplicibus, reflexo-pendulis, flor. luteis, fragrantibus, bracteis exiguis, bacc. cylindrico-obtusis, 2-spermis, e sanguineo-coccineis. *Fl. D.* t. 904. *E. B.* t. 49. *Schkh.* t. 99. var. β. B. baccis espermis.

Common Bérbery; Stipe Hedge-bush; Pipperidge-bush. A. *L'Epine Vinette commun.* G. *Gemeiner Sauerdorn; Sauerachstrauch; Berberitzenstrauch; Berberisbeeren; Rother Agris; Wein-*

schädling. G. *Közönséges Sóskafa*; *Üröm v. sóska borhoja*; *Leany-Som*; *Veres egres.* H. *Il Crespino comune.* I. *Acris rossi.* V.

In nemoribus elatioribus post Köhalom ibidem *am Freithum*; post A. Rákos in M. Tepéj; porro ad Brassó scil. versus *Kapellenberg*. In vineis plurimis et ad sepes var. β. praeprimis circa Segesvár ibidem ad hortorum vinearumque sepes vulgatissime. Maj. Jun. Fr.

CLXXIV. PEPLIS. L. G. 605, *Water Purslane.* A. *La Purpiere.* G. *Peplis.* G. *Fattyúportsinfü.* H.

Ch. Gen. *Cal.* 1-phyllus, persistens, inferus, ore 10-dentatus, dentibus reflexis. *Cor.* 6-petala decidua, pet. calycis fauci insertis, pusillis, ovatis. *Caps.* globosa, 2-locularis, polysperma, *Sem.* minima triquetra.

Portula. L. 587. P. caule radicante, patulo, subrubro; sub-4-gulari, articulato; fol, petiolatis, oppositis, subrotundo-ovatis, integerrimis, glabris; flor. axillaribus, solitariis, sessilibus, parvis, rubris; pet. purpurascentibus, minutis. *Fl. D.* t. 64. *C. L.* 4. t. 27. *E. B.* t. 1211.

Common Water Purslane. A. *La Pourpiere commune.* G. *Unächter Portulack*; *Zipfelblume s. Kraut.* G. *Vízimaddárfü*, *Hénye lotsahúr.* H. *Il Peplide palustre.* I.

In montibus nemoralibus humidisque et scrobibus, v. c. in S. Udvárhely versus Lövéte; in S. Háromszek prope pagum Baroth; in S. Szeben nempe in fossiculis prope pagum Felek et in locis salsis ad Vizakna, Torda etc. Jun. Jnl. A.

** Flores incompleti; superi, bacciferi.

CLXXV. LORANTHIUS. L. G. 600. *Loranthus, or Leather-Flower.* A. *Riemenblume.* Germ. *Gyöngyfa.* H.

Ch. Gen. Diclin. Masc. *Cal.* marginatus. *Cor.* 6-petala; pet. acutis, revolutis. *Stam.* brevissima, ad basim petalorum inflexa. *Germ.*

inferum, sterile. *Fem. Cal. et Cor.* sicuti in Mare. *Pet.* 3-plo breviora. *Germ.* subturbinatum. *Styl.* crassiusculus. *Stigm.* simplex. *Bacc.* 1-sperma.

europaeus. L. 588. L. parasiticus, frutescens, ramis dichotomis, patentibus, teretibus, extimis viridibus, foliosis; fol. petiolatis, oppositis, obverse lanceolatis, obtusis, integerrimis, crassis, glabris; racem. omnibus terminalibus, simplicibus; bacc. subrotundis, maturis pallide-flavescentibus. *J. En.* t. 3. *Ej. A.* t. 30.

European Leather-Flower, or Bastard Mistle-two. A. *Le Guy batard.* G. *Oesterreichischer Aftermittel. s. Vogelleimstrauch.* G. *Austriai gyöngyfa; Elődi fakín.* H.

In quercubus praealtis juxta Segesvár ibidem *im Euchrük, Knopf- et Fuchsloch*, in Cott. Alb. Sup. post pagos Reten et A. Rákos etc. Apr. Maj.

*** Spathaceae. Flores ecalyculati α. superi.

CLXXVI. NARCISSUS. L. G. 550. Angl. *La Narcisse.* G. *Narzisse.* G. *Nártzis.* H.

Ch. Gen. *Spath.* 1-phylla. *Cor.* infund. tubo cylindrico, limbo 6-partito, petaliformi; pet. ovatis, acuminatis, planis, aequalibus. *Nect* 1-phyllum, infundib. campanulatum, corollae limbo insertum staminaque recondens. *Germ.* 3-quetrum. *Caps.* ovata, 6-sulcata, 3-locularis, polysperma. *Sem.* teretia.

poeticus L. 589. N. spatha membranacea, marcescente, germen semiinvolvente; scapo cubitali compresso-tereti, fistuloso, glabro, 1-floro; fol. lineari-lanceolatis, canaliculatis, amplissimis; nect. rotato, brevissimo, viridi, limbo sulphureo crenulato, crenulis e coccineo-sanguineis. *R. Lil. III.* t. 160.

Poetic Narcissus. A. *La Narcisse des Poëtes. La Jeannette des comptoirs.* G. *Dichter s. Schnee-*

moschatellina. L. 715. A. radice fasciculata, squamosa, alba; caule digitali palmarive erecto, simplici, tetragono, inferne nudo, supra medium foliis binis oppositis, 3-lobis, incisis petiolatisque suffulto; capitulo florum terminali, pedunculato, solitario, plerumque 5-floro, flori-

bus sessilibus e viridi-flavescentibus; anth. rotundis, concavis, baccis globosis. *C. L.* 2. t. 26. *E. B. t.* 453. *Fl. D.* t. 94. *R. Eur. X. n.* 4.
Common Musk-Crow-food; Hollow-root; Tuberous Moschatel. A. *La Moschatelline; la Fleur musquée; L'Herbe de Musc.* G. *Gemeines Bisamkraut;* Bisamerdrauch; Bisamhahnenfuss; *Waldrauch.* G. *Pézsma békavirág v. boglár.* H. *La Moschatellina.* I.
In nemoribus montosis umbrosisque post Helta, porro juxta Segesvár scil. *gegen den Kälbertrill et Fuchsloch*; in Cott. Alb. superiore prope Szederjes et juxta A. Rákos nempe versus *M. Tepéj*; in sylvis versus *Hargita* ibidem supra arborum radices etc. Apr. Jun. P.
Obs. Planta tota Moschi odorem exhalans.

CCXVI. ELATINE. L. G. 685. *Water-wort.* A. *Elatine.* G. *Tännel.* G. *Látonya.* H.

Ch. Gen. *Cal.* persistens, 4-phyllus. *Cor.* infera 4-petala. *Stam.* 3. s. 8. *Stigm.* 3. v. 4. *Caps.* globoso-compressa, 3-vel. 4-locularis, 4-valvis, supera. *Sem.* plura, vermicularia, reticulata.

Hydropiper. L. 716. E. caulibus 3-uncialibus, decumbentibus, ramosis, dichotomis, teretibus, glabris; fol. oppositis, petiolatis, ovato-lanceolatis, integris; florb. alternis, axillaribus, pusillis, octandris, 4-gynis, coroll. 4 petalis, dilute-rubris, capsulis 4-locularibus totidemque valvibus. *Fl. D.* t. 156. *E. B.* t. 955. *V. Paris.* 5. t. 2. *f.* 3.
Opposited-leaved Elatine, or Water-wort. A. *L'Elatine conjugée.* G. *Kleiner Wasserpfeffer.* G. *Kitsíny vízibors.* H.
In fossiculis versus Montem *Büdös* ac in inundatis frequens. Jun. Jul. A.

triandra. Schkh. 717. E. caulibus digitalibus, decumbentibus, sub aqua repentibus; floribus oppositis 3-phyllis, 3-andris 3-gynis, capsulis 3-locularibus. *Schkh.* t. 109. *b.*

Triandrous Elatine. A. *L'Elatine à trois Etamines.* G. *Dreimänniger Tännel.* G.
In arenoso-humidis nempe prope Fagaras et Alsó Szombatfalva. Jul. Aug. A.
alsinastrum. L. 718. E. radice verticillata, fibrosa; caule palmari cubitalive, erecto, simplici, articulato, striato, fistuloso; fol. sub aqua verticillatis, plerumque 8-nis, lineari-lanceolatis, reliquis longioribus reflexis, superioribus latioribus, ovato-lanceolatis, patentibus; florb. axillaribus, solitariis, breviter pedicellatis, coroll. 4-petalis, albidis, capsulis 4-gonis. *V. Paris.* 6. t. 1. *f.* 6. *L. Ill.* t. 320. *f.* 1.
Verticillated Elatine; *Whorled Water-wort.* A. *L'Elatine verticillée.* G. *Wirtelförmiger Tännel*; *Wasserkreuel.* G. *Potsolya látonya.* H.
Ad piscinarum margines scil. in S. Háromszék ibidem prope pagos Telek et Sz. Iván copiose. Jul. Aug. A.

β. Flores diclini.

CCXVII. RHODIOLA. L. G. 1532. *Rose-wort.* A. *La Rhodiole.* G. *Rosenwurz.* G. *Rózsaszaggyöker.* H.
CH. GEN. MASC. *Cal.* 1-phyllus, 4-partitus, persistens. *Cor.* duplo calyce longior, 4-petala, decidua. *Stam.* corolla longiora. *Anth.* globosae. FEM. *Cal.* sicuti Maris. *Cor.* persistens. *Styl.* simplices, erecti. *Stigm.* obtusa. *Caps.* corniculatae. *Sem.* plura, subrotunda.
rosea. L. 719. Rh. radice simplici crassa, tuberosa; caulibus simplicibus, digitalibus palmaribusve, erectis, teretibus, striatis, glabris; fol. sessilibus, confertis, oblongo-lanceolatis, apice serrulatis; florb. corymbosis, pedicellatis; *masc.* densioribus, longioribus, *femin.* cymosis, parvulis. *Fl. D.* t. 143. *E B.* t. 308. (sed parva.)
Common Rose root; *Yellow Rose-wort.* A. *La Rhodiole commune.* G. *Gemeine Rosenwurz.* G. *Közönséges rózsagyöker.* H. *La Radice Rhodia.* I.

In alpibus summis rupestribus prope rivulos scil. α. Cibiniensibus versus Suruluj β. Fagarasiens. ibidem Gaure de Lotri et Lutzuluj. γ. Barcensibus nempe versus Piroska; Piatrá Mare; *Schüllergebirge* et Butschetsch et δ. Rodnensibus scil. Jetziluj, Stol et Dscheammeanie ε. Hunyadensib. ibidem Retyezat; Strasza; Paringuluj in Distr. Kövár ibidem in *M. Guttin* etc. frequens. Jul. Aug. F.

CCXVIII. POPULUS. L G. 1531. *Poplar-tree* A. *Le Peuplier.* G. *Pappelbaum.* G. *Nyárfa.* H.

CH. GEN. FLOR. AMENTACEI. *Squam.* 1-florae, multifidae. *Cor.* infundibuliform. integra. *Anth.* plurimae, 4-gonae. *Stigm.* 4. *Caps.* 1-locularis, 2-valvis. *Sem.* plura, basi lanata.

alba. L. 720. P. ramis annotinis tomento albo densissimoque vestitis, petiolis niveis; fol. alternis, cordato-subrotundis, lobatis, obtuse dentatis, venosis, supra saturate viridibus, adultioribus glabris, nitidis, subtus nervosis, e niveo-tomentosis; amentis ovatis, basi cylindraceis. *Schkh.* t. 330. *b. f.* 1.

canescens Smith. var. β. P. fol. subrotundis, angulato-repandis, subtus cinereo-tomentosis, amentis cylindricis, laxis.

White Poplar-tree, Abele-tree. A. *Le Peuplier blanc, ou Bois blanc.* G. *Silber s. weiſse Pappel; Johannislaub; Weiſsbaum*; β. *weiſsgraue Pappel.* G *Fejér nyárfa.* β. *Szőke nyárfa.* H. *Il Popolo bianco; Gattice.* I. *Plopo albu.* V.

In dumetis nemoribus et juxta rivulos atque ad sepes, immo ac in pomariis vulgatissime. β. in limoso-humidis prope Segesvár ibidem versus *Schleiſengraben* etc. Mart. Apr. Ar. et Fr.

tremula. L. 721. P. ramis cortice e bruneo-cinereo obductis; fol. suborbiculatis, dentato-repandis, utrinque glabris, petiolis longis, compressis, amentis brevioribus, staminibus 7. vel 8, stylis 2-partitis. *Schkh.* t. 330. *a.* *Cram.* t. 13. *E. B.* t. 1909.

Aspen-tree; Trembling-Poplar-tree. A. *Le Peuplier tremble; le Tremble.* G. *Zitterpappel, Flatteresp.* G. *Jegenyefa; Remegő nyárfa; Reszketölevelű nyárfa.* H. *Il Popolo montano; il Tremolo.* I. *Plopo de munte.* V.

In nemoribus pomariisque et ad pagos sepesque item in ambulacris et pomariis frequentissime. Mart. Apr. Ar.

nigra. L. 722. P. ramis alternis, teretibus, glaberrimis, tuberculosis, punctis niveis adspersis; fol. longe petiolatis, deltoideo-cordatis, longe acuminatis, serratis, utrinque glabris, petiolis longis, apicem versus compressiusculis, subhirsutis, stam. plerumque 16. *Schkh.* t. 230. *a. Gram.* t. 11.

Black Poplar-tree. A. *Le Peuplier noir.* G. *Schwarze Pappel; Schwarzer Alberbaum; Pappelweide.* G. *Fekete nyárfa.* H. *Il Popolo nero; Albero, o Albaro.* I. *Plopo negro.* V.

In nemoribus humidis pratisque item ad piscinas rivulosque etc. fere ubique. Mart. Apr. Ar.

repanda. 723. P. ramis alternis, patentissimis, glaberrimis, junioribus sanguineis maculis niveis notatis; fol. longe petiolatis, crassiusculis, supra nitide obscureque viridibus, venosis, subtus pallidioribus, nervosis, petiolis compressis, sanguineis, staminibus plerumque 8. *P. dilatata. W.*

Le Peuplier repandu. G. *Sparrige Pappel.* G. *Jegenye nyárfa.* H.

Ad Alutae ripam juxta Kőhalom ibidem *am Freithum* etc. Mart. Ar.

CLASSIS VIII.

ENNEANDRIA.

CLASSIS VIII.

ENNEANDRIA.

Ordo I. DIGYNIA.

CCXIX. MERCURIALIS. L. G. 1534. *Mercury*. A. *La Mercuriale*. G. *Bingelkraut*. G. *Szélfü*. H.
CH. GEN. *Cal.* 3-partitus. *Cor.* o. *Stam.* 7 v. 11. *Anth.* globosae, didymae. *Styl.* 2. *Caps.* bicocca, 2-locularis, 2-sperma. *Sem.* arillata.

annua. L. 724. M. caule brachiato, glabro, fertili crassiore, geniculis magis tumidiusculis; fol. petiolatis, ovato-lanceolatis, glabris; florb. *masc.* spicato-glomeratis, flosc. sessilibus; *femin.* axillaribus pedicellatis, binis, viridibus, capsulis subreniformibus, bicoccis, stylis 2, coronatis, echinatis. *Schkh.* t. 332. *C. M.* t. 65.
Annual, or French Mercury. A. *La Mercuriale annuelle ou femelle*. G. *Einjähriges Bingelkraut; Klystirkraut*. G. *Hashágyíttófü; Disznóparej; Eggynyári szélfü; Has indittófü*. H. *La Mercorella femina*. I.
In locis arenoso-sabulosis frequens. Jun. Aug. Rad. fibrosa, annua.

perennis. L. 725. M. caule pedali erecto, simplici, tetragono, glabro; fol. oppositis petiolatis, basi stipulatis, ovatis, lanceolatis, aequaliter serratis

serraturis obtusiusculis; florb. viridibus, *masc.* pedicellatis, *fem*, longissime pedunculatis axillaribus, pedicellis dichotomis, capsulis muricatis. *Fl. D.* t. 400.

Dog's Mercury. A. *La Mercuriale vivace; ou sauvage; Chou de chien.* G. *Ausdaurendes Bingelkaut; Speckmelde.* G. *Tartos szélfü.* H. *La Mercorella bastarda o canina.* I.

In pomariis elatioribus prope Segesvár et in nemoribus umbrosis juxta Bonyha nempe *im grossen Wald* alibique freqnens. Apr. Maj. *Rad.* repens, perennis.

Ordo II. Hexagynia.

CCXX. BUTOMUS. L. G. 643. *Camel's-Hay.* A. *Le Butome.* G. *Wasserlisch.* G. *Virágoskáka.* H.

Ch. Gen. *Involcr.* 3-phyllum, simplex, deciduum. *Cor.* 6-petala; petalis alternis longioribus. *Caps.* 6. polyspermae, oblongae, 1-valves, 1-loculares, ovato-rostratae.

umbellatus L. 726. B. scapo 2-pedali, erecto, simplici, tereti, sulcato, fistuloso; fol. ensiformibus, 3-quetris, erectis, glabris; umbella simplici terminali, florb. longe pedunculatis, e fusco sanguineis, stigmatibus sub-2-fidis. *C. L.* 1. t. 29. *E. B.* t. 657. *Fl. D.* t. 604. *Schkh* t. 11.

Flowering-Rush; Water-Violet, or Gladiole. A. *Le Jonc Fleuri; le Butome ombellé.* G. *Doldenförmiges Wasserlisch; Binsenblume, Blumenbinse, Kameelheu; Wasserviole.* G. *Pereszlénkés virágoskáka, Öregkáka; Fülemülefü.* H. *Il Guinco fiorido.* I.

In pratis paludosis, piscinis neglectis et fossiculis nemoralibus immo quoque ad fluviorum ripas vulgatissime. Jun. Aug. P.

CCXXI. HYDROCHARIS. L. G. 1535. *Frog-bit.* Angl. *La Moréne.* G. *Froschbiss.* G. *Békafü.* H.

Ch. Gen. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* 3-petala. ♂ *Filam.* plurima, 3-interiora styliformia. ♀ *Styl.* 6, bi-

fidi. *Fil.* 3 sterilia. *Caps.* 6-locularis, polysperma, infera.

Morsus Ranae. L. 727. H. caulibus sub aqna late repentibus, teretibus, geniculatis, fol. subreniformibus, integerrimis, subcoriaceis, natantibus, petalis niveis, subundulatis. *Fl. D.* t. 878. *Schkh.* 333.

Common Frog-bit. A. *La Morène grenouillette.* G. *Gemeiner Froschbiss; kleine Seeblumen.* G. *Közönséges békaſü, v. Kitsiny Fejérvirág.* H. *La Ninfèa piccola.* I. *Morseătura Broste i, s. Jarba Broste i.* V.

In piscinis aquisque stagnantibus. v. c. juxta Kőhalom scil. *im todten Alt* alibique. Jul. Aug. P.

CLASSIS IX.

DECANDRIA.

CONSPECTUS GENERUM.

Ordo I. Monogynia.

CCXXII. DICTAMNUS.
CCXXIII. RUTA.
CCXXIV. TRIBULUS.
CCXXV. PYROLA.
CCXXVI. RHODODENDRON
CCXXVII. ANDROMEDA.
CCXXVIII. ARBUTUS.
CCXXIX. MONOTROPA.

Ordo II. Digynia.

CCXXX. ASCLEPIAS.
CCXXXI. SAXIFRAGA.
CCXXXII. GYPSOPHILA.
CCXXXIII. * BANFFYA.
CCXXXIV. SAPONARIA.
CCXXXV. VACCARIA.
CCXXXVI. DIANTHUS.
CCXXXVII. SCLERANTHUS.

Ordo III. Trigynia.

CCXXXVIII. CUCUBALUS.
CCXXXIX. VISCAGO.
CCXL. SILFNE.
CCXLI. STELLARIA.
CCXLII. ARENARIA.
CCXLII. CHERLERIA.

Ordo IV. Pentagynia.

CCXLIV. SEDUM.
CCXLV. OXALIS.
CCXLVI. AGROSTEMMA.
CCXLVII. LYCHNIS.
CCXLVIII. CERASTIUM.
CCXLIX. SPERGULA.

CLASSIS IX.

DECANDRIA.

Ordo I. Monogynia.

* Flores 5-petali, irregulares.

CCXXII. DICTAMNUS. L. G. 736. *Dittany*. A. *La Diptamne*. G. *Diptam*. G. *Diktamnos*. H.

Ch. Gen. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* petala inaequalia, patentia. *Stam.* declinata punctis glandulosis vestita. *Caps.* 5-locularis, 2-valvis, compressa, acuminata. *Sem.* arillata, globosa.

albus. L. 728. D. caule cubitali 2-pedalive, erecto, simplici, subanguloso, sulcato pilis glandulosis atris viscidisque vestito; fol. alternis impari-pinnatis, glabris; foliol. oppositis, brevissime petiolatis, elliptico-ovatis, crenato-serrulatis; racemo terminali, specioso, erecto-patente, bract. medio pedunculorum lineari-lanceolatis; florb. e sanguineo-roseo-albidis fragrantibus; filam. declinatis glandulosis. *Blw.* t. 75. *J. A.* t. 428. *R.* t. 132. *Schkh.* t. 114.

White Fraxinella, *or Dittany*. A. *La Diptam n blanche*; *la Fraxinelle*. G. *Weisser Diptam Escherwurz*; *Spechtwurz*. G. *Ezerjófü*; *Körös levelüfü*; *Szarvasgyökérfü*; *Diktamos*. H. *Il Dittamo bianco*. I. *Diptam*; *Frantzinela*. V.

In locis montosis juxta Sz. Ersébeth et Vurpod; item versus Marpod; Morgonda et Prod; item in montibus calcareis ad pagum Homorod Sz. Iván et in Cott. Küküllö item prope Bonyha etc. Maj. Jul. P.

** Flores 5-petali, regulares.

CCXXIII. RUTA. L. G. 725. *Rue.* A. *et* G. *Raute.* G. *Ruta.* H.

Ch. Gen. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* petala patentia, concava ungue angusta. *Germ.* punctis 10 melliferis basi cinctum. *Caps.* 5-lobata, 5-locularis, gibbosa, pólysperma. *Sem.* reniformia angulata.

graveolens. L. 729. R. caule pedali altioreque erecto, tereti, glabro, ramoso; fol. supradecompositis; foliol. subopppositis integris, vel 2-s. 3-fidis, oblongis, terminali cordato-cuneiformi, emarginato; florb. paniculato-corymbosis, e flavo-viridescentibus, lateralibus 4-fidis, petalis integerrimis. Blw. t. 7. Schkh. t. 115. *M. h.* 2. *S.* 5. t. *XIV. f.* 3.

Garden Rue. A. *La Rue des Jardins.* G. *Gemeine Garten-Starkriechende s. Weinraute.* G. *Kerti v. Keresztes ruta.* H. *La Ruta domestica, o fetida.* I. *Ruta domestica.* V.

In vineis prope Berethalom, Medgyes et Segesvár; item in muris antiquis et in hortis pomariisque frequens. Jul. Aug. P.

CCXXIV TRIBULUS. L. G. 732. *Burs-thorn.* A. *Le Tribule.* G. *Burzeldorn.* G. *Szurdants.* H.

Ch. Gen. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* petala 5, patentia. *Styl.* 0. *Stigm.* capitatum. *Caps.* 5, gibbae, spinosae. *Sem.* plurima, oblonga, turbinata.

terrestris. L. 730. Tr. caule procumbente, filiformi, tereti piloso; fol. 6-vel 7-jugis, exterioribus longioribus, brevissime petiolatis, elliptico-ovatis, lanceolatis, margine pilosis, florb. axillaribus 1-floris, longe pedunculatis, seminibus ovatis, 4-cornibus, acuminatis. *Schkh.* t. 114. Barr. *ic.* 558. *M h.* 2. *S.* 2. t. *VIII. f.* 9.

Common Wild-Clot-bur. A. *Le Salicoque terrestre; la Croix de Chevalier.* G. *Gemeiner Burzeldorn, s. Waldkletten.* G. *Földi sulyom; Köldüstetö; Királydinnye.* H. *Il Tribolo terrestre.* I. In agris montosis ad Dobra, Karoly-Fejérvár; Szasz-Sebes. Jul. Aug. A.

CCXXV. PYROLA. L. G. 752. *Winter-green.* A. *La Pyrole.* G. *Wintergrün.* G. *Körtöke.* H.

CH. GEN. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* petala 5, aequalia, patentia, concava. *Anth.* sursum bicornes. *Caps.* baccata, umbilicata, pentagona, 5-locularis, 5-valvis, supera, polysperma, angulis dehiscens.

media Siv. 731. P. scapo cubitali, erecto, solitario, tereti-sulcato glabro, inferius sqamis sessilibus erecto-adpressis ovato-mucronatis, pellucidis sparsisque tecto; fol. in orbem digestis, longe petiolatis, ovali-obtusis, ellipticis, leviuscule remoteque crenulatis, coriaceis, duris, nitide viridibus, glabris, subtus pallidioribus nervoque medio cum mucrone brevi obtusissimoque excurrentibus; racemo laxe multifloro, florb. alternis, longe pedicellatis, solitariis, declinantibus, bract. oblongo-lanceolatis, diaphanis, pedicellum aequantibus, lac. calycinis corolla nivea multo brevioribus, oblongo-mucronatis, stamnb. apicem versus adscendentibus, stylo declinato, stigmate crasso, 5-radiato, radiis crassiusculis, brevibus, erecto-inflexiusculis. *P. rotundifolia. Auctor. Fl. D.* t. 110. *E. B.* t. 213. *Trt. A. h.* 4. *n.* 38. *Pyrola. R. irr.* t. 138.

Mediated Winter-green. A. *La Pyrole mediaire.* G. *Mittleres Wintergrün; Waldmangold.* G. *Középtélizöld, Körtikeja-salata; Körtvélyfa levelüfü Lernonyafü.* H. *La Piróla media.* I. *Verdiatiu Jerni-i.* V.

In nemoribus montosis umbrosisque prope Segesvár nempe *im Eichrük et Siechenwald*; in S. Udvárhely prope Aquam mineralem *Lövéte* et

versus *M. Hargita*; item in sylvis ad Brassó et Szép-Víz etc. Jun. Jul. P.

ANNOTT. *Pyrola rotundifolia Swartzii* semper pro una eademque specie perplurimis habita, a nostra vero distincta 1. *scapis* e basi plurimis, solitariis simplicissimis, strictis, inaequaliter longis, passim inferius una squama lineari-angusta, mucronata, stricto-adpressa auctis; 2 *fol.* ovali-subrotundis, brevius petiolatis, brevioribus, tenuioribus obtusissime latiusque crenulatis, subtus nervo graciliore instructis; 3. *racemo* breviore paucifloro, pedunc. brevioribus, magis subhorizontalibus, crassioribus; 4. *bract.* longitudine pedicellorum, ovato-lanceolatis; 5. *lac. calycinis* corolla multo brevioribus, ovato acutis; 6. *stylo* plane declinato; 7. *stigmate* 5-radiato, radiis obtuse obverseque clavatis, clavis lateraliter membranula diaphana vestitis. Apud nos istá species a me nondum observata.

minor. L. 732. P. scapo palmari, erecto, breviore, racemo densiore minoreque terminato, fol. oblongo-ovatis, acutis, crenulatis, glabris, florb. campanulato-globosis, albidis, bract. lineari-lanceolatis, lineatis, crenulatis, pedicello longioribus, calyc. laciniis ovatis, corolla multo brevioribus, staminibus stylisque erectis, aequalibus, stigmate scutato, 5-radiato, concavo. *E. B.* t. 158. *Fl. D.* t. 55. *R.* 5. *irr.* t. 138. *Trtt. A. h.* 1. *n.* 39.

Lesser Winter-green. A. *La petite Pyrole*. G. *Kleines Wintergrün*. G. *Kitsiny Körtöke*. H. *La Pirola minore*. I.

In iisdem locis cum priore nempe prope Segesvár et Keresd; in sylvis subalpinis ad Sedes Csik et Háromszek. Jul. Aug. P.

secunda. L. 733. P. caule digitali palmarive erecto, simplici, ancipiti, fol. alternis oppositisque, ovatis, acuminatis, serratis, apice mucronatis, glabris, laete viridibus; racemo simplici, secundo, apice recurvo, pedunc. solitariis, pendulis,

coroll. albis, pistillo erecto, stigmate sulcato, 5-radiato, concavo, *E.* B. t. 517. *Fl. D.* t. 402. (male sculpta.) P. fol. mucronato *R. irr.* t. 140. P. II. tenerior. *Cl. Pann. p.* 506.

Tendere Winter-green. A. *La Pyrole unilaterale.* G. *Einseitiges Wintergrün; Birnbäumchenkraut.* G. *Soros Körtöke, Körtvély levelűjü.* H.

In montibus umbrosis vinetisque nempe versus aquam mineralem Lövéte et in subalpinis versus *Surul.* etc. Jul. Aug. P.

umbellata. L. 734. P. caule semipalmari, erecto, basi procumbente frutescenteque, dichotomo; fol. cuneiformi-lanceolatis, obtusis, apice serratis, glabris, oppositis, vel verticillatis, petiolatis, pedunculis subumbellatis, terminalibus, calycinis laciniis, subrotundo-ovatis, margine membranaceo inaequaliter fimbriatis, stigmate globoso, 5-radiato, sessili, concavo. P. III. fruticans. *Cl. Pann. p.* 507. *ic.* P. fol. arbuti. *Riv.* t. 141.

Umbellated Winter-green. A. *La Pyrole ombellée, ou arbrisseau.* G. *Doldenförmiges Wintergrün.* G. *Pereszlanforma körtike.* H.

In sylvis subalpinis umbrosisque ad Haromszék scil. versus *Sz. Anna Tó etc.* Jul. Aug. P.

uniflora. L. 735. P. scapo solitario, unciali digitalive, erecto, tereti, simplicissimo; fol. in orbem digestis, petiolatis, suborbiculatis, serratis; flore terminali, unico, albo, cernuo, pedicellato, calyc laciniis ovalibus pellucidis, tenuissime serrulatis, stylo erecto, stigmate scutato, 5-radiato. *E. B.* t. 145. *Fl. D.* t. 8. (bona) *Trtt. A. h.* 4. *n.* 40. P. IV. minima. *Cl. Pann. p.* 509. *ic.* P. flore singulari. *R.* t. 141.

One Flowered Winter-green. A. *La Pyrole à une fleur.* G. *Einblumiges Wintergrün.* G. *Eggyvirágu körtike.* H.

In sylvis subalpinis Cibiniensibus, Fagarasiensibus Barcensibusque etc. frequens. Jun. Aug. P.

**** Flores monopetali regulares.

CCXXVI. RHODODENDRON. L. G. 746. *Alpin Rose-tree.* A. *Le Laurier rose des Alpes.* G. *Schneerose.* G. *Hórózsafa.* H.

Ch. Gen. *Cal.* 5-partitus, persistens. *Cor.* rotato-infundibuliformis. *Stam.* declinata. *Caps.* ovata, 5 locularis, polysperma.

ferrugineum. Jacq. 736. Rh. fruticosum, trunculo pumilo decumbente, ramoso, ramis erectis, lignosis, teretibus tuberculosis; fol. alternis, petiolatis, confertis, saturate viridibus, glabris, subtus rubiginosis, margine revolutis, crenulatis, apice obtuse mucronatis, florb. terminalibus, in umbellam simplicem congestis, pedicellatis, coroll. infundibuliformis, inaequalibus, declinatis, e roseo sanguineis. J. *A.* t. 255.
Rust-leav'd Snow-Rose. A. *Le Laurier rose des Alpes enrouillé.* G. *Rostblättrige Schneerose.* G. *Rozsdás hórózsafa.* H. *Il Rododendro ruggi-noso.* I.

In Alpb. rupestribus nempe la Wârfulo Surului; Strunga Dracoluj; Lutzuluj; Caure de Lotri; Piatrâ Mare; Butschetsch; Omuluj; Dscheam-meanie et in S. Udvárhely scil. in *M. Hargita* etc. Jul. Aug. P.

hirsutum. Jacq. 737. Rh. fruticosum; trunculo decumbente, repente, ramoso, ramis tuberculosis, e cinereo-fuscis; fol. sempervirentibus, petiolatis, ovatis, acutiusculis, margine crenulato-ciliatis, apice mucronatis, subtus punctatis; florb. umbellatis, laete sanguineis, corollis infundibuliformibus. *J. A* t. 98. Ledum alpinum. *Cl. h. p.* 82. *ic. Ej. Pann. p.* 74. *ic.*
Ciliated-leav'd Alpin-Rose-tree. A. *Le Laurier rose des Alpes cilié.* G. *Gefranzte Alpenrose.* G. *Borzas hórószafa.* H. *Il Rododendro irsuto.* I.

In Alpb. Barcensibus ibidem Butschetsch passim. Jul. Aug. Fr.

Chamaecistus. Jacq. 738. Rh. fruticulosum; trunculo nano, debili, ramoso, ramis erectis, fuscis,

verrucosis; fol. confertis, elliptico-ovatis, lanceolatis, utrinque glabris, margine glanduloso-ciliatis; florb. terminalibus, umbellatis, pedunculatis, e purpureo-sanguineis, pedunculis glanduloso-pilosis, corollis aequalibus, rotatis, petalis obtusis. *J. A.* t. 217. *Schkh.* t. 127. Chamaecistus VIII. *Cl. h.* 1. *p.* 76. *ic.* Cham. IV. myrtifolius. *Cl. Pann. p.* 64. *ic.*

Dwarf Alpin-Rose-tree. A. *Le Laurier rose des Alpes nain.* G. *Niedriger Alpenbalsam, drüsige Schneerose.* G. *Kitsiny hórószsafa.* H. *Il Rododendro piccolissimo.* I.

In Alpibus saxosis Fagarasiensibus nempe ad pagos Dreguts et Alsó Vist pertinentibus. Jun, Jul. Fr.

CCXXVII, ANDROMEDA. L. G. 747. *Marhs-Cistus, or Moor-wort.* A. *Andromede.* Gall. et Germ.

Ch. Gen. *Cal.* 5-partitus, coloratus, persistens *Cor.* ovata, ore 5-fido, denticulis reflexis. *Anth.* aristatae, nutantes. *Sem.* subrotunda. nitida.

polifolia. L. 839. A. fruticosa; trunco palmari cubitalive, basi repente, dein erecto, tereti, glabro, ramoso, ramis alternis, basi radicantibus; fol. sempervirentibus, alternis, breviter petiolatis, sparsis, lineari-lanceolatis, acuminatis, margine revolutis, superne laete viridibus, nitidis, reticulatis, subtus albidis, glabris; florb. terminalibus, fasciculatis, pedicellatis, nutantibus, coroll. subglobosis, amoene-purpureis, antheris apice bisetis. *Fl. D.* t. 54. *Schkh.* t. 118. *A. polifolia b. media Ait.*

Poly-leav'd Andromeda; Rosemary-Moorwort; Wild Rosemary Marhs; Holy-Rose. A. *L'Andromède polée, ou à feuilles de Pouliot.* G. *Poleiblättrige Andromede; falscher Kienpost; Rosmarin- s. Rehheide.* G. *Fattyu rozsdafa.* H.

In subalpinis uliginosis turfosisque scil. in S. Udvárhely in sylvis ad Lövéte et Oláhfalva et in

S. Csik in locis Kukujszas nempe ad pagum Tusnad pertinentibus. Jun. Iul. Fr.

CCXXVIII. ARBUTUS. L. G. 750. *Arbute.* A. *La Busserole.* G. *Sandbeere.* G. *Kukoitza.* H.

Ch. Gen. *Cal.* 5-partit, pusillus. *Cor.* ovata, basi diaphana, planiuscula, ore 5-fido, laciniis obtusis, revolutis. *Bacc.* subrotunda, 5-locularis, farinosa. *Sem.* ossea, parva.

alpina. L. 740. A. fruticulosa, ramosa; ramis procumbentibus, divergentibus, teretibus, lignosis, fuscis; fol. oppositis, petiolatis, ovato-oblongis, obtuse-acutis, serrulatis; racemis terminalibus, reflexis, simplicibus, florb. pallide carnosis, baccis rotundis, rubris, dein nigris, 5-spermis. *Fl. D.* t. 73. *E. Bot.* 2030. Vitis idaea. *Cl. h. I. p.* 61. *ic. Ej. Pann.* Vitis idaea. I. *p.* 78. *ic.*

Alpin Arbute. A. *La Busserole des Alpes.* G. *Alpen Sandbeere s. Bärentraube.* G. *Alpesi Kukoitza.* H. *Il Albatro alpestre.* I.

In alpibus summis Barcensibus nempe Butschetsch et Csukás. Jun. Jul. Fr.

Uva Ursi. L. 741. A. fruticulosa; ramis decumbentibus, diffusis, 1-vel 3-pedalibus, cespitosis, teretibus, divisis, ramulis pubescentibus, fol. alternis, sparsis, subsessilibus, obovalibus; integerrimis, coriaceis, sempervirentibus, glabris; florb. ovatis, in racemum subincurvum nutantem simplicemque dispositis, bracteis ovato-lanceolatis, coloratis, baccis globosis, 5-spermis, coccineis. *Fl. D.* t. 33. *Schkh.* t. 118. *Blw.* t. 592. Uva Ursi. *Cl. h.* 1. *p.* 63. *ic.*

Common Stone-Berry; Bear-berry; Bear Whortle berries. A. *Le raisin d'Ours; la Busserole ordinaire.* G. *Gemeine Sandbeere; Steinbeere; Bärentraube.* G. *Medveszölö.* H. *Il Grappolo d'orso.* I. *Struguri Urso-lui.* V.

In Alpibus Barcensibus scil. Thetzla, Csukás et Butschetsch; in Bistricensibus v. c. la Wârfulo Pjetrosuluj. Jun. Jul. Fr.

***** Flores polypetali, aequales.

CCXXIX. MONOTROPA. L. G. 737. *Monotropa.* A. *La Sucepin.* G. *Ohnblatt.* G. *Gazillat.* H.

Ch. Gen. *Cal.* 0. *Cor.* supera, 10-petala; petalis 5 interioribus basi appendiculatis. *Stam.* 8-10. *Stigm.* discoideum. *Caps.* ovata, 4-v: 5-sulcata, sub-4-locularis, sub 4-valvis.

Hypopithys. L. 742. M. parasitica; scapo digitali palmarive, erecto, simplici, albido, nitido, squamis ovatis tecto; florb. breviter pedicellatis, e flavo-albidis, in racemum nutantem terminalem dispositis, coroll. lateralibus 8-petalis, 8-andris, terminali 10-petala, decandra. *E. B.* t. 69. *Fl. D.* t. 232. *Schkh. t.* 116. Orobanche hypopithys lutea. *M. h.* 3. S. 12. t. 16. *f.* 13.

European Monotropa; Pine Sparrow-grass Bird's-nest; Smelling like; Primerose scented. A. *La Sucepine parasite.* G. *Fichten Ohnblatt; Fichtenspargel; Waldsommerwurz; Waldwurz; Wurzelsauger.* G. *Fenyő spargá; Elődi gazillat.* H.

In nemoribus montosis umbrosisque ad Segesvár ibidem versus *Attilasloch*; in sylvis abietinis ad Lövéte et Olahfalu etc. Jun. Jul. P.

Ordo II. Digynia.

* Flores monopetali 5-fidi.

CCXXX. ASCLEPIAS. L. G. 429. *Swallow-wort.* A. *Le Domte-venin.* G. *Schwalbenwurz.* G. *Fetskegyökér.* H.

Ch. Gen. Contorta. *Cal.* 5-fidus, aequalis persistens. *Cor.* 5-fida infera, reflexa; laciniis ovatis, acuminatis. *Nect.* 5, ovata, concava subaculeata. *Stam.* 5. paria inter se connexa sub stigmatum plicis recondita. *Stigm.* 2. *Folliculi* 2, 1-loculares, 2-valves. *Sem.* papposa.

Vincetoxicum. L. 743. A. caule pedali altioreque erecto, tereti, simplici, subvilloso; fol. opposi-

tis, petiolatis, cordato - ovatis, basi ciliatis; florb. axillaribus, alternis, proliferis, umbellatis, pedicellatis, niveis. *Fl. D.* t. 849.

Common White Swallow-wort. A. *Le Domte venin ordinair; Le Vine poison; Le Tame poison.* G. *Gebräuchliche Schwalbenwurz; Giftwurz; Giftwinde; St. Lorenzkraut.* G. *Fetske gyökérüfü; Merégötö Lorenzfü.* H. *Il Vincetossico comune; L'Asclepiade speziale.* I. *Jarba fero - lui.* V.

In nemoribus elatioribus fere ubique, in pomariis montosis ad Brassó, Segesvár etc., in pascuis post Köhalom nempe *im Freithum* frequentissime, alibique. Maj. Jul. P.

** Flores completi 5 - petali.

CCXXXI. SAXIFRAGA. L. G. 764. *Saxifrage.* Angl. et Gall. *Steinbrech.* G. *Körontofü.* H.

GH. GEN. *Cal.* 5 - partitus, persistens. *Cor.* 5 - petala, patula. *Caps.* infera, birostris, 1 - vel 2 - locularis, polysperma. *Sem.* minuta.

a. CAULE FOLIOSO, FOLIIS INDIVISIS.

longifolia Sternb. 744. S. caule palmari cubitalive erecto, fol. *radical.* congestis, aggregatis, expansis, longis, lingulatis, oblongo - obtusiusculis, integris, margine cartilagineis, *caul.* alternis brevioribus; florb. paniculatis, erectis, calycib. glanduloso - pilosis, coroll. niveis. *St. Sax. p.* 1. t. *I. Lapeyr. Pyr. p.* 16. t. *XI. S. lingulata. Bell. App. v.* 20.

crustata Sternb. var. β. S. caule breviore, florb. paniculis paucifloris terminalibus; fol. terrae adpressis, angustissimis, e glauco - viridibus, margine denticulatis, cartilagineo - argenteis. *S. longifolia* β. *minor. St. Sax.* t. *I. b. H. Taschb.* 1805. *p.* 237. *S. recta. Lap. Pyr.* t. *XV.*

Long leav'd Saxifrage. A. *La Saxifrage à feuilles longues.* G. *Langblättriger Steinbrech.* G. *Hosszzulevelü Körontofü.* H.

In alpb. Rodnensibus scil. versus Wârfulo Dscheammeanie et Jetziluj. β. in Bistriciensibus nempe Pjetrosuluj et Haita. Jul. Aug. P.

Annott. sine dubio sola variet. sequentis.

aizoon. Jacq. 745. S. caule palmari, erecto, tereti, simplici, piloso; fol. *radical.* in rosulas densas collectis, oblongo-ovatis s lingulatis, obtusis; *caul.* alternis, sessilibus, oblongo-spathulatis omnibus cartilagineo-serratis; racemo longo, pedunc. inferioribus remotis, axillaribus, longioribus, apice magis approximatis, brevioribus, omnibus 1-floris, calycb. glabris corolla nivea duplo brevioribus. *J. A.* t. 438. *S Aizoon γ. major longifolia. St. Sax.* t. *III a. Lapeyr. Saxf.* t. *XV.* Cotyledon alter. IV. *Cl h. p. LXIV. ic. Barr. ic.* 1309. 1311. *et* 1312. *M. h.* 3. *S.* 12. t. *IX. f.* 20.

minor Sternb. var. β. *brevifolia*, caule pollicari digitalive, simplici racemoso; fol. obovatis, cartilagineo-serratis, *caul.* spathulatis pectinato-serratis. *St. Sax. p.* 4. t. *III. b.* Sedum montan roseum etc. *Barr. ic.* t. 1310. *M. h.* 3. *S.* 12. t. *IX. f.* 19.

Maiden-wort. A. *Le petit Nombril de Venus*, β. *La Saxifrage mineure.* G. *Traubenblättriger St. kleines Nabelkraut s. Frauenkraut.* G. *Púpirág-forma.* β. *Kitsiny Körontofü.* H. *Burie Vineri*ꝰ*i s. Rumpepiatrá.* V.

In alpibus petrosis et subalpinis ubique vulgaris. β. in Alpb. Barcensibus nempe Butschetsch et Piroska. Jul. Aug. P.

mutata. Jacq. 746. S. caule digitali subcubitalive, erecto, glanduloso-piloso; fol. *radical.* aggregatis, in orbem digestis, lingulatis, cartilagineis, basin versus denticulato-ciliato plumosis, apice subemarginatis; florb. in racemum simplicem paniculatumve digestis; bract. alternis, remotis, lineari-lanceolatis, mucronulatis, glanduloso-ciliatis, pedunc. erecto-patulis, declinatis cumque calycibus e viridi fuscis glanduloso-pilosis, petalis lineari-acutis, calyce longioribus, citri-

nis, punctatis nudisve. *J. rar.* t. 466. *St. Sax.* *n.* 5. *Lap. Pyr. n.* 7. *Hall. n.* 939. t. *XVI.*
Various or Saffron-coloured Saxifrage. A. *La Saxifrage metamorphosée.* G. *Abändernder St.* G. *Himlös Köröntofü.* H. *La Saxifraga mutata.* I.
In Alpibus Barcensibus scil. la Wârfulo Piatrâ Mare; Csukás; Piroska et Butschetsch communis. Jul. Aug. P.

luteo-purpurea. *Sternb.* 747. S. caule unciali semipalmarive, erecto, villoso-viscido, simplici, paniculato-ramoso; fol. *radical.* in rosulas congestis, spathulato-ovatis, lanceolatis, lingulatis, incanis, margine cartilagineis, breve mucronatis nudis, integerrimis; *caul.* sessilibus, alternis, cauli adpressis, spathulatis, cartilagineo-mucronatis, margine glanduloso-ciliatis, pedunc. alternis, 2-floris, pedicellatis, brevioribus, calycib. campanulatis, passim e flavido-rubris, glanduloso-pilosis; pet. croceis, lanceolatis, calycem superantibus. *St. Sax n. VII. Lap. Pyr. n.* 4. *t. XIV.*
La Saxifrage jaune-pourprée. G. *Gelbrothkelchigter St.* G.
In montibus Saxosis calcareis ad Cott. Alb. Inferiorem ibidem in Mtb. *Bulzuluj*; *Tjetje-Mare* etc. ac in Alpb. Barcensibus v. c. Piroska et Butschetsch; item in Fogarasiensibus ibidem la Wârfulo Gaure de Lotri, Lutzuluj et in Cott. Zolnokensi scil. la Wârfulo Csiblesz et Arszuluj etc. Jul. Aug. P.

b.) CAULIBUS SUBNUDIS; FOLIIS OBLONGIS, DENTATIS CRENULATISVE.

hieracifolia. Kit. 748. S. caule digitali palmarique, erecto, solitario, tereti, nudo, simplici, piloso-pubescente, fol. radic. aggregatis, in petiolum desinentibus, oblongo s. ovato-lanceolatis, repando-dentatis, utrinque glabris, margine pilosis; spica brevi, conico-obtusa, florb. peduncu-

latis, bracteis lanceolatis ciliatis auctis, coroll. e fusco-olivaceis. *W. et K.* t. 18. *St. Sax. n XII.* *Hawkweed leav'd Saxifrage.* A. *La Saxifrage à feuilles d'Epervière.* G. *Habichtkrautblättriger St.* G. *Füzött Köronto.* H.

In alpibus summis rupestribusque Rodnensibus scil. la Wârfulo Dscheamneanie sed raro. Jul. Aug. P.

stellaris L 749. S. caule digitali palmarive, erecto, subnudo, tereti, ramoso; fol. radical. in rosulam collectis, sessilibus, rhomboideo-remote obtuseque dentatis; florb. in racemum paniculatum compositum digestis, racemulis 2-s. 3-floris pedicellatis; bracteis lineari-obtusis auctis, calycinis laciniis obtusis, reflexis; petalis acuminatis, niveis, 3 striis notatis, calyce paullo longioribus. *Fl. D.* t. 23. *E. B.* t. 167. *J. Coll. I.* t. 13. *Sc. Carn* t. *XIII.* Sedum hirs. *M. h.* 3. *S. XII.* t. 9. *f.* 13.

Starry Saxifrage, or Kidneywort. A. *La Saxifrage etoilée.* G. *Sternförmiger Steinbrech.* G. *Tsillagforma Köröntöfü.* H.

In alpibus petrosis udisque versus Suruluj, Gaure de Lotri, Lutzuluj; Butschetsch; Rotunda; Jetziluj; Jniutza etc. Jul. Aug. P.

cuneifolia. L. 750. S. caule digitali palmarique, fragili, erecto, nudo, piloso, paniculato, fol. in rosulam digestis petiolatis, cuneiformibus, margine cartilagineis, repando-dentatis, denticulis obtusis, calycibus reflexis, petalis niveis. *L. Pyr. n.* 21. *Sc. Carn. n.* 490. t. *XIII. W. et K.* t. 44. *Schm. Fasc. n.* 37. t. *XII.*

Cuneiformed, or Wedge-leav'd Saxifrage. A. *La Saxifrage cuneiforme.* G. *Keilblättriger Steinbrech.* G. *Eklevelü Köröntöfü.* H.

In alpibus et subalpinis saxoso-umbrosis fere ubique. Jul. Aug. P.

Androsacea. Jacq. 751. S. caule unciali digitalive, erecto tereti, piloso, simplici, passim dichotomo, subbifloro; fol. *radical.* aggregatis, oblongo-lanceolatis obtusis integerrimis, 3-dentatis, *caul.*

aggregatis, oblongo-lanceolatis sessilibus, sparsis, angustioribus 2, vel. 3, omnibus multi-lineatis margine ciliatis; pedunculis dichotomis, filiformibus, 1-floris, terminalibus, inferiore remotiore brevioreque, bracteis lineari-obtusis laeviusculis; calycibus campanulatis pilosis, petalis ovalibus, albidis, 3-nerveis unguiculatis, calyce duplo longioribus. *Fl. D.* t. 489. J. *A.* t. 389. *St. Sax. LXI.* t. *XI. a. f.* 4. S. *pyrenaica Sc. Carn. I. n.* 498. t. 18. (mediocris.)

Androsace leav'd Saxifrage. A. *La Saxifrage androsacée.* G. *Mannschildartiger Steinbrech.* G. *Mükots Köronto.* H.

In alpibus humidiusculis versus Suruluj, Csukas, Piatrâ Mare, Butschetsch; Gaure de Lotri, Lapadna, Rotunda, Jetziluj etc. Jul. Aug. P.

c. CAULE FILIFORMI, FOLIIS DURIS, ANGUSTISSIMIS, INTEGERRIMIS.

caesia. Jacq. 752. S. caule digitali erecto, multifloro; fol. caesiis, aggregatis, linearibus, perforato-punctatis, recurvatis, basi ciliatis, radical. aggregatis, calycibus hirsutis, corollis niveis. *J. A.* t. 374. *Sc. Carn. n.* 495. t. 15. *St. Sax. LII.* t. *IX. f.* 1. *et* 2. Sed. alp. album. fol. compactis. *M. h.* 3. S. 3. t. 7. *f* 32.

Gray Saxifrage. A. *La Saxifrage bleuatre.* G. *Bläulicher Steinbrech.* G. *Kékes Körontofü.* H.

In alpibus rupestibus Barcensibus scil. la Wârfulo Butschetsch. Jun. Aug, P.

Burseriana L. 753. S. caulibus uncialibus altioribusve erectis, filiformibus, glutinoso-rufescentibus, 1-floris, foliosis; fol. *radical.* in globulos digestis, imbricatis, juniperinis, 3-quetro-subulatis, supra canaliculatis, glabris, glauco-viridibus, *caul.* 3, vel 4, alternis, lineari-acutis, supra concavis; flore terminali, unico, calycinis laciniis ciliatis. petalis calyce duplo majoribus, niveis, striatis. *J. Misc. I.* t. 17. *f.* 3. *St. Sax.* t. *X. b. f.* 1.

La Saxifrage de Mr Burseri. G. *Burserischer Steinbrech.* G. *Burserfüve Körontófü.* H.

In alpibus Fagarasiensibus scil. ad pagos Also-Vist et Dreguts pertinentibus; item in Rodnensibus nempe la Wârfulo Dseammeanie. Jul. Aug. P.

sedoides. L. 754. S. caule ramosissimo, filiformi; ramulis pedunculo longo terminalibus; fol. *radical.* aggregatis, *reliquis* oppositis alternisque, lineari lanceolatis, integris, pilosis, ciliatis, pedunculo 1-floro, rariter 3-floro, corolla calyce breviore, luteo. *J. Misc. II.* t. 21. *f.* 22. S. *muscoides. A Ped.* t. 61. *f.* 2. S. *trichodes Sc. Carn.* t. 15. *St. Sax.* t. *VII. f.* 2. *a.*

La Saxifrage sedoide. G. *Sedumartiger Steinbrech.* G. *Matring Körontó* H.

In alpibus humidis Barcensibus et quidem Thetzla et Butschetsch. Jul. Aug. P.

bryoides. L. 755. S. caule ulnari digitalive, erecto, simplici, 1 floro; fol. *radical.* in orbem digestis imbricatis, lanceolatis inflexis, pungentibus, ciliatis; *caul.* alternis, sparsis, tenellis, lineari-lanceolatis, mucronatis, calycibus obtusis, petalis calyce multo longioribus, oblongis pallide flavis, punctis fulvis pictis. *J. Misc. II.* t. 5. *f.* 1. St. *Sax. n. XLV.* t. *VIII. f.* 2. Sc. *Carn.* t. *XV.*

Thread Moss-like Saxifrage. A. *La Saxifrage bryoide.* G. *Moosartiger Steinbrech.* G. *Móh-forma Körontó.* H.

In summis Alpium jugis petrosisque scil. Fagarasiensibus nempe Gaure de Lotri; porro in Barcensibus scil. Butschetsch, Piroska et Rodnensibus ibidem la Wârfulo Dscheammeanie ac quoque Hunyadensibus v. c. Retyezat, Paringuluj etc. vulgaris. Jun. Aug. P.

planifolia Sternb. 756. S. fol. radical. densissime in rosulas digestis, oblongis, obtusis, unacum caule pilosis; pet. subretusis, citrinis, calyce majoribus. St. *Sax. XLIII.* t. *VII. f.* 3. *A. Ped. n.* 1528. t. *LXI. f.* 2. Sc. *Carn. n.* 496. t. 15.

Flachblättriger Steinbrech. G.
In alpibus ad Fagaras passim. Jun. Jul. P.

d. CAULE ERECTO SUBFOLIOSO FOLIIS SUBLOBATIS.

Geum. SCOP. 757. S. caule palmari cubitalive, nudo, paniculato; fol. aveneis utrinque pilosis, *radical.* petiolatis, subrotundo-reniformibus, cartilagineo-crenatis, *imis* cordatis sessilibus; calycibus reflexis, petalis niveis punctatis. Sc. *Carn. n.* 491. *E. B.* t. 1361. *Lap. Pyr. p.* 46. t. 24. Sanic. montana minor. Il. *Cl. Pann. p.* 441. San. rotundifolia etc. *M. h.* 3. S. 12. t. 12.
Kedney-leav'd Saxifrage. A. *La Saxifrage reniforme.* G. *Nierenblättriger St.* G. *Veselevelü Körentöfü* H.
In alpibus petrosis Rodnensibus nempe Jetziluj et Dscheammeanie. Jul. Aug. P.
repanda WILLD. 758. S. caule palmari cubitalique, tereti, erecto, superne ramoso, piloso-glanduloso, viscido, fol. *radical.* longe-*caulinis* breviter-petiolatis, caeterum reniformibus, repando-dentatis, dentibus obtusis, *summis* 3-lobis, lobis lineari-obtusis, medio paullo longiore, omnibus utrinque pilosis, supra laete viridibus, subtus canescentibus, ramis alternis axillaribus, erecto-patentibus, paniculatis, paniculis 2-& 3-floris, pedunculatis, pedicellis linearibus, inaequalibus, filiformibus, piloso-glandulosis, basi bracteis lineari-obtusis, altera longioribus, auctis; calycibus glabris, petalis ex albo-rubellis, punctis atro-purpureis maculatis. St. *Sax. p.* 17. *n.* XXIV. t. V.
Rückwärtsgebogener St. G. *Tsavargós élü Köröntöfü.* H.
In rivulis alpinis saxosisque frequens versus M. Butschetsch. Aug. Sept. P.
OBS. Forsan solummodo varietas sequentis.
rotundifolia. L. 759. S. caule cubitali pedalive, erecto, tereti, villoso, ramoso; fol. radical. lon-

gius petiolatis, reniformi-peltatis, profunde inaeqaliter dentatis, planis, villosis; *caul.* alternis breviter petiolatis, profundius dentatis; *summis* subpetiolatis, sub-3-lobis, lobo medio reliquis majore, ovato-lanceolato; ramis axillaribus, paniculatis, pedunculis dichotomis, filiformibus, pedicellis 1-floris, bractea setacea suffultis, petalis irregularibus, calyce multo majoribus, niveis, punctis purpureis ungue luteis pictis. *M Dict. n.* 5 *ic.* 141. *Lap. Pyr. p.* 50 t. *XXVI.* *Schm. Fasc. p.* 28. t. *VII.* Sanic. montana II *Cl h. p.* 307. *ic. Ej. Pann. p.* 440. *ic.* Sedum fl. albo guttato. *M. h.* 3. S. 12. t. 8. *f.* 19. *Round-leaved Saxifrage.* A. *La Saxifrage à feuilles rondes*; *la Sanicle des Alpes.* G. *Rundblättriger St*; *Alpen s w ifser Sanickel*; *wildes Schölkraut.* G. *Alpesi v. kereklevelü Köröntó.* H. *L'Epatica montana.* I. *Rumpepiatra de munte.* V.
In rivulis et fossiculis alpinis versus Suruluj; Gaure de Lotri; Thetzla; *Schülergebirge*; Piatrâ Mare etc. Jul. Sept. P.

granulata L. 760. S. radice bulbifera, carnosa; caule palmari, erecto, tereti, villoso, ramoso; fol. hirsuto-villosis. laete-viridibus; *radical.* petiolatis, reniformi-lobatis, lobis obtusis crenatis; *caul.* alternis, sparsis, subpetiolatis, palmatis, *summis* integris, lanceolatis, bracteis argute linearibus, margine villosis; floribus fasciculatis, pedunculatis, calyce cum pedunculis hispido, corollis niveis, calyce triplo majoribus. *Fl. D.* t. 514. *E. B.* t. 500. *Schkk.* t. 119. St. *Sax. n. XXIII.* Sed. rotundifol. erectum etc. *M. h.* 3. S. 12. t. 9. *f.* 23. *White Saxifrage, or Sengreen.* A. *La Saxifrage blanche, ou granulée*; *la Percepierre.* G. *Körniger s. weifser Steinbrech.* G. *Fejér Köröntófü.* H.
In pascuis montosis, apricis et aggeribus prope Kőhalom; Brassó. Maj. Jun. P.

petraea. L. 761. S. caule ramoso, laxo, tereti, piloso, fol. cuneiformibus, *radical.* subintegris dentatisque, *caul.* 3-vel. 5-dentatis, *summis* 3-fidis; pedunculis filiformibus, dichotomis, calycibus

pilosissimis, petalis calyce 3-plo majoribus, emarginatis, niveis. *S. ascendens. A. Ped. n.* 1537. t. 22. *f.* 3. S. *hypnoides.* Sc. Carn. *n.* 499. t. 16. S. *controversa.* St. *Sax. n. LXIII.* t. *XVI. f.* 1-5.

Rocky Saxifrage. A. *La Saxifrage.* G. *Klippen Steinbr.* G. *Köszali Körontó.* H.

In alpibus petrosis Rodnensibus nempe la Wárfulo Jetziluj et in Sede Gyergyo versus Aquam Mineralem Börszék. Jul. Aug. P.

Allioni. 762. S. caule digitali palmarive, erecto, ramoso, piloso. fol. *radical.* in rosulas digestis, pallide viridibus; palmato 3-s. 5-lobis, lobis exterioribus 3-vel 5-dentatis; *caulin.* palmatis, laciniis angustis longioribus; floribus terminalibus, fasciculatis, pedunculatis, calycinis laciniis lineari-acutis, hirsutis, petalis niveis, calyce duplo majoribus. S. *pedemontana. A. Ped. n.* 1540. t. 21. 5. 6. S. *cymosa. W. et K.* t. 88. S. *heterophylla.* St. *Sax. LXXII.* t. *XX.*

La Saxifrage de Mr. Allioni. Gall. *Allionischer Steinbr.* G. *Allionifüve Körontófü.* H.

In alpibus summis rupestribus nempe Suruluj; Foti; Moashi; Gaure de Lotri; Kordon de la Schmidt; Butschetsch; Gálátz; Stol; Jetziluj et Dscheammeanie copiosissime. Jul. Sept. P.

rupestris. Jacq. 763. S. caule digitali majoreve erectiusculo, flaccido, basi ramoso, fol. *caulin.* alternis, petiolatis, palmato-3-lobis, glanduloso-hirsutis, ramis axillaribus paniculatis, pedicellis 1-floris, petalis emarginatis, albis. *Jacq. rar.* t. 81. S. *geranioides. Host.*

Ston Saxifrage. A. *La Saxifrage des rochérs.* G. *Felsenliebender Steinbr.* G. *Köfali körontó.*

In alpibus summis petrosis v. c. Rodnensibus ibidem Dscheammeanie. Aug. A.

tridactylites L. 764. S. caule digitali, erecto subsimplici, laxe-folioso, piloso, subviscido, fol. omnibus cuneiformibus, 2-vel 3-fidis, *caulinis* alternis angustioribus sessilibus, *radical.* in petiolum brevem membranaceum desinentibus, calycibus villoso-viscidis, subrubellis, petalis al-

bis punctis sanguineo - rubris notatis. *Blw.* t. 212. *E. B.* t. 521. *Schkh.* t. 119. *St. Sax. LXIV.* t. *XVII. f.* 3. Sedum etc. *M. h.* 3. S. 12. t. *IX. f.* 31.

Rue-leav'd Saxifrage, or Whitlow-grafs. A. *La Saxifrage tridactyle.* G. *Dreifingeriger Steinbr.*; *rother Steinbrech*; *Händelkraut.* G. *Háromujji köröntó.* H. *La Sassifruga murale.* I.

In cultis vulgatissime et ad rupes alpestres copiose. Maj. Jul. A.

e. CAULIBUS DECUMBENTIBUS FOLIOSIS, FOLIIS INDIVISIS, FLORIBUS LUTEIS.

Aizoides. L. 765. S. caulibus basim versus decumbentibus, teretibus, pilosis; fol. *caulinis* sparsis, nudis, glabris, integerrimis, linearibus, mucrone albo cartilagineo terminalibus, inermibus; florb. axillaribus alternis, pedunculatis, solitariis, subnutantibus, calycib. patentibus, nudis, viridi-nigrescentibus; pet. calycem subaequantibus, mox flavis, mox aureis, punctis croceis pictis (passim livido-sanguineis). *Fl. D.* t. 72. *E. B.* t. 39. *St. Sax.* t. *VII. f.* 1. Sedum angustifol. flore luteo. *M. h.* 3. S. 12. t. 8. *f.* 6. Sedum minus VI. S. alpinum I. *Cl. h.* 2. *p. LX. ic. Ej. Pann. p.* 485. *ic.*

Yellow mountain Saxifrage. A. *La Saxifrage vivace.* G. *Immergrüner Steinbr.* G. *Mindégzöld Köröntó.* H. *La Sassifraga viv...* I.

In alpibus Barcensibus scil. Thetzla; Butschetsch; item Fogarasiensibus la Wârfulo Gaure de Lotri; Szolnokenfibus ibidem in Mtb. Arszul. et Csiblesz. et Rodnensibus versus Stol; Jetziluj et Dscheammeanie etc. Jul. Aug. P.

autumnalis. L. 766. S. caulibus palmaribus cubitalibusve, decumbentibus, pilosis superne ramosis, fol. *caulinis* alternis sessilibus; *radical.* aggregatis brevioribus, omnibus oblongo-linearibus, denticulatis, apice obtuse-mucronatis, denticulis setulis albis armatis; florb. racemosis ter-

minalibus, axillaribus, saepe 2-floris, pedicellatis, pedicellis 1-floris, bracteis alternis, lineari-lanceolatis, integerrimis auctis, calyc. laciniis ovatis, obtusis, coroll. calyce paullo longioribus luteis, punctis croceis pictis. *Sc. Carn. n.* 493. t. 14. Sedum alpinum flore pallido. *M. h.* 3. S. 12. t. 6. *f.* 3.

Autumnal Saxifrage. A. *La Saxifrage automnale.* G. *Herbstblühender Steinbr.* G. *Őszi köröntőjű.* H.

In alpibus petrosis et quidem prope rivulos ubique. Jul. Sept. P.

f. CAULIBUS ERECTIS FILIFORMIBUS, SUBFOLIOSIS; FOLIIS SUBTRIFIDIS.

adscendens. Vahl. 767. S. caule digitali altioreque, adscendente, viscido, paniculato, laxo, fol. *radical.* palmato-3 fidis, lac. lateralibus multifidis; *caulin.* alternis, cuneiformibus, apice 3-dentatis, florb. pedicellatis, pet. luride-flavescentibus. S. *decipiens. St. Sax. LXXXII.* t. *XXIII.* Sed. tridactyl. alp. majus. *M. h.* 3. S. 12. t. 9. *f.* 28.

Ascending Saxifrage. A. *La Saxifrage adsendante.* G. *Aufwärtssteigender Steinbr.* G. *Felegyenesedő köröntő.* H.

In Alpb. summis Piatrâ Mare; Piroska et Butschetsch; item la Wârfulo Lutzuluj et Gaure de Lotri. Jul. Aug. P.

cespitosa. L. 7 ♃ S. caule unciali, erecto, filiformi, subfolioso, sub-3-floro, foliis carnosis enerveis, *radical.* aggregatis, integris 3-fidisque, linearibus, *caulin.* sessilibus alternis, brevioribus; pet. linearibus, obtusis, subreflexis, ex cupreo-rubicundis, calyce duplo majoribus. *E. B.* t. 794. *Lap. Pyr. p.* 59. t. 34. S. *muscoides Wulff.*

Matted Saxifrage; Tufted Alpine Saxifrage. A. *La Saxifrage gazonnée.* G. *Rasen Steinbr.* G. *Pázsit köröntő.* H.

In summis alpium jugis ubique. Jul. Aug. P.

muscoides. Wulff. 769. S. caule unciali erecto,

filiformi, subnudo, 1-floro, fol. *radical.* aggregatis, integris 3-fidisque, lineari-obtusis, pet. lingulatis, lineatis, apice subemarginatis, citrinis, calyce longioribus. *St. Sax. LVIII.* t. *XI. f.* 2. S. *cespitosa.* *Sc. Carn. n.* 494. t. 14. *H. Opusc.* t. 1.

var. β. S. surculis erectis elongatis, fol. integris 3-fidisque, panicula multiflora. *St. Sax.* t. *XI. b. f.* 1.

Moussy Saxifrage. A. *La Saxifrage hepatique.* G. *Lebermoosartiger Steinbr.* G. *Májfüveforma Köröntő.* H.

In alpibus summis Butschetsch et Dscheammeanie. Jul. Aug. P.

moschata WULFF. 770. S. caule subracemoso, viscoso, hirsuto; fol. *radical.* aggregatis, cuneato-linearibus, integris 3-fidisque, hirsutis, florb. longe pedunculatis; pet. ellipticis, carinatis, calyce longioribus. *A. Ped. n.* 1539. *t.* 88. *f.* 2. *L. Lapp. p.* 61. *n.* 39. t. 37. *St. Sax.* t. *XI. a. f.* 3. *J. Misc.* p. 128. t. *XXI. f.* 2.

Musky Saxifrage. A. *La Saxifrage musquée.* G. *Bisamduftender Steinbr.* G. *Pézsma Körontó.* H. *La Sassifraga muscata.* I.

In alpibus Barcensibus la Wârfulo Bucesc. Jul. Aug. P.

g. CAULIBUS PROCUMBENTIBUS, FOLIIS INTEGERRIMIS, FLORIBUS RUBRIS.

oppositifolia. L. 771. S. caulibus repenti-procumbentibus, saxo adpressis, cespitosis, glabris, *sterilibus* 2-linearibus, fol. dense cruciatim oppositis, *floriferis* solitariis, simplicissimis, flore unico terminantibus; fol. oppositis remotis instructis, omnibus sessilibus, ovato-obtusis, saturate viridibus, glabris, margine leproso-cartilagineis et ciliis laxis albis cinctis; laciniis calycinis ovatis, obtusis, erectis, ciliatis, apice nigro-purpureis, petalis calyci insertis, ellipticis, e violaceo-purpurascentibus, staminibus cum

germine duplo longioribus. *A. Ped.* t. *XXI. f.* 3. *C. L.* t 27. *E. B.* t. 9. *L. Lapp.* t. 21. *f.* 1. *Fl. D.* t. 34. *R. Eur. IX. n.* 2. *St. Sax. XLIV. R.* et *Hohw. Reis. p.* 133. t. 3. *L. Pyr. p.* 36. *n.* 14. t. *XVI.* (icon major apud nos planta humilior.) Sedum alpinum ericoides purpurascens. *M. h.* 3. S. 12. t. 10. *f.* 36.

Purple Saxifrage. A. *La Saxifrage à feuilles opposées.* G. *Gegenüberstehendblättriger Steinbr.* G. *Ellenesleveliü Köröntö.* H

In alpibus petrosis praeprimis Butschetssh et Piroska. Jul. P.

retusa GOUAN. 772. S. caule pollicari procumbenti-ramoso, multifloro, fol. oppositis, imbricatis, 3-gonis, acutis, basi ciliatis; florib. solitariis pedunculatis, pedunculis filiformibus erectis solitariis, terminalibus, basi bracteis suffultis; staminibus cumque stylo corollam superantibus, corollis e rubro purpureis. *L. Pyr. p.* 38. *n.* 11. t. 18. *A Ped. n.* 1531. t. 21. *f.* 2. (ic bona.) *G. Jllustr. p.* 28. t. 17. *f.* 1. *St. Sax. n. LVI.*

La Saxifrage à feuilles émoussées. G. *Rückwärtsgebogener Steinbr.* G. *Horpadt végülevelü Köröntö.* H.

In alpibus calcareis rupestribusque scil. Fagarasiensibus ad pagum Dreguts. Jul. P.

h. CAULIBUS PROCUMBENTIBUS, FOLIIS LOBATIS, FLORIBUS ALBIS.

cernua 773. S. caulibus palmaribus, decumbenti-erectis, filiformibus, axillis et basi bulbillis ovatis obvallatis, teretib. pilosis; fol. *radical.* longe petiolatis, peltato 5-lobis, lobis inaequalibus, ovatis, obtusis; *caulin.* alternis palmato-peltatis, 5-s. 7-partitis; superioribus 3-fidis, summis sessilibus ovatis s. oblongo-obtusis, retusis. *L. Lapp. n.* 172. t. 2. *f.* 4. *E. B.* t. 664. *G. Norv. p.* 2. t. *VIII. St. Sax.* t. *XII. f.* 2.

Cypress-lea'vd Spurge. A. *Le Tithymale cyparisse ou à feuilles de Cyprès; la petite Esule.* G. *Cypressenblättrige Wolfsmilch; Feldeselsmilch.* G. *Közönséges Farkastéj; v. Szamartéj.* H. *L'Euforbia cipressina.* I.

In campis siccis, pascuis graminosis sterilibusque et ad vias, sepes et margines agrorum vinearumque; immo ac in nemoribus montosis ubique. Apr. — Jun. P.

palustris. L. 917. E. caule 2- vel 3-pedali, erecto, tereti-sulcato, crasso, glabro, superne ramoso, ramis sterilibus; fol. alternis sessilibus, sparsis, lanceolatis, integris, glabris; umbella multifida, sub 3-fida, 2-fida; involucellis cumque involucro ovato-lanceolatis, integerrimis; nect. masculis 5, hermaphroditis 4, semiorbiculatis, integerrimis, concavis, luteis; caps. verrucosis, stylis 3, stigm. 2-fidis coronatis *Fl. D.* t. 866.

Marsh Spurge; Greater Esula. A. *Le Tithymale des marais; la grande Esule.* G. *Sumpf-Wolfsmilch; grosse Teufelsmilch.* G. *Motsári farkastéj.* H. *L' Euforbia paludosa.* I.

In pratis humidis, stagnis paludibusque et ad ripas Alutae, Cocheliorum Marusiique etc. valde vulgaris. Maj. Jul. P.

ANNOTT. Passim varietas cum foliolis involucellis et fol. caulinis serratis observatur.

lucida Waldst. 918 E. repens; caule bipedali, erecto, crasso, simplici, tereti, sulcato, glabro, superne ramoso, ramis fructiferis, fol. alternis, semiamplexicaulibus, sparsis, oblongo-lanceolatis, integerrimis, supra nitide viridibus, subtus glaucis, glabris; umbella multifida, 3 fida, bifida, involucri foliolis ovato-lanceolatis, involucell. reniformi-cordatis vel cordato-ovatis, mucronulatis, nect. lunatis, 2-cornibus; caps. glabris, stylis 3, stigm. 2-fidis, coronatis. *W.*

et *K.* t. 54. *Lam. Encl. Bot. Suppl.* II. P. II. p. 621. n. 167.

Le Tithymale luisant. G. *Glänzende Wolfsmilch.* G. *Fényes farkastéj.* H.

In pascuis post Kőhalom, ibidem im *Freithum* versus Alutam frequentissime et in Distr. Bistriciensi juxta *Magura.* Jul. Aug. P.

salicifolia Host. 919. E. caule 2-pedali, erecto, tereti, sulcato-striato, villoso, ramoso; ramis subfertilibus; fol. alternis, sessilibus, oblongo-lanceolatis, integerrimis, glaucis, utrinque pubescentibus, margine revolutis; umb. multifida, 3-fida, 2 fida, involucell. reniformi-cordatis, mucronulatis, flavescentibus, calyce villoso; nect. 4. bicornibus, luteis, glabris; caps. verrucosis, glabris. *H. Syn.* p. 267. n. 23. *W.* et *K.* t. 55.

Willow-leav'd Spurge. A. *Le Tithymale de Saule.* G. *Weidenblättrige Wolfsmilch.* G. *Füzlevelü farkastéj.* H. *L' Euforbia di foglie di Salce.* I.

In pascuis graminosis, pomariis, pratis montosis et nemoralibus fere ubique valde communis. Maj. Jun. P.

nicaeensis Vahl. 920. E. caule 2-vel 3-pedali, crassissimo, erecto, tereti-striato, fistuloso, glabro, ramosissimo; fol. alternis sessilibus, sparsis, crassis, firmis, integerrimis, e glauco-viridibus, ovali obtusis, margine scariosis, apice mucronatis, basi excisis, denticulato-mucronatis; umbella terminali multifida, 2-fida, dichotoma; involucri foliol. ovato-subhastatis, mucrone setaceo terminatis; involucellis subrotundo-cordatis, mucronatis, calyce glabro; nect. 4. lunatis 8-corniculatis ex ochroleuco-luteis; caps. pedicellatis, nutantibus, verrucosis, glabris *J. Coll.* II. et *Ic. rar.* t. 485. E. olaeaefolia Gouan.

Le Tithymale de Nice. G. *Niceensische Wolfsmilch.* G.

In agris elatioribus arenosisque ad Oltzinna scil. versus pagum Also Gezés. Jun. Jul. P.

amygdaloides Host. 921. E. caulibus cubitalibus altioribusque, teretibus, pilosis; fol. inferiorib.

petiolatis, obtusis, superne latioribus, integerrimis, superioribus sessilibus, oblongo-lanceolatis, multo brevioribus. omnibus pilosis; umb., terminali multifida, 2-fida, dichotoma, axillaribus pedicellatis apice dichotomis, involucell. perfoliatis, orbiculatis nectariis; lunatis, e flavo viridibus; caps. glabris. E. *sylvatica. J. A.* t. 375. *Spr. Hal.* p. 136. t. 4. *W. Carp.* n. 468.

Almond-leav'd Spurge. A. *Le Tithymale à feuilles d'Amandier.* G. *Mandelblaettrige Wolfsmilch.* G. *Mandolalevelü farkastéj.* H. *L' Euforbia di foglie de Mandorlo.* I.

In nemoribus elatioribus umbrosisque fere ubique. Apr. Jun. P.

Ordo IV. Dodecagynia.

CCLVI. SEMPERVIVUM. *L.* G. 837. *House-leek.* Angl. *La Joubarbe.* Gall. *Hauswurz.* Germ. *Fülfü.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* persistens, 10-vel 12-partitus. *Cor.* 10-s. polypetala; petal. lanceolatis, acuminatis; *stam.* 12. plurave. *Caps.* 10. pluresque oblongae, compressae, 1-loculares, 1-valves, introrsum dehiscentes.

Tectorum L. 922. S. propaginibus patentibus; fol. radical. in rosulas collectis, sessilibus, cuneiformi-ovatis, hinc convexiusculis, inde planis, carnosis, glabris, ciliatis; scapo erecto, tereti, piloso, squamis foliaceis vestito, superne ramoso; florb. in spicas secundas apice inflexas dispositis, coroll. e rubro purpureis ciliatis; caps. 12. vel 24. *C. L.* 3. t. 29. *E. B.* t. 1320. *Fl. D.* t. 601. *Dec. Pl. gr.* t. 104. Sed. majus vulgare. *M. h.* 3. S. 12. t. 7. f. 41.

Common House-leek; Greater House-lek; Sengreen. A. *La grande Joubarbe.* G. *Gemeine Hauswurz; Haus aub; Dachwurz; grosses Donnerkraut; Immergrün.* G. *Kövér fülfü; Rázsás fülfü; Házi-*

CLASSIS XI.

ICOSANDRIA.

CONSPECTUS GENERUM.

Ordo I. Monogynia.

CCLVII. PHILADELPHUS.
CCLVIII. AMYGDALUS.
CCLIX. PERSICA.
CCLX. ARMENIACA.
CCLXI. PRUNUS.
CCLXII. PADUS.
CCLXIII. CERASUS.

Ordo II. Digynia.

CCLXIV. CRATAEGUS.
CCLXV. WALDSTEINIA.

Ordo III. Trigynia.

CCLXVI. SORBUS.

Ordo IV. Pentagynia.

CCLXVII. MESPILUS.
CCLXVIII. PYRUS.
CCLXIX. MALUS.
CCLXX. CYDONIA.
CCLXXI. SPIRAEA.

Ordo V. Polygynia.

CCLXXII. ROSA.
CCLXXIII. RUBUS.
CCLXXIV. TORMENTILLA.
CCLXXV. FRAGARIA.
CCLXXVI. POTENTILLA.
CCLXXVII. GEUM.
CCLXXVIII. DRYAS.
CCLXXIX. COMARUM.

CLASSIS XI.

ICOSANDRIA.

Ordo I. Monogynia.

CCLVII. **Philadelphus**. L. G. 840. *Mock-Orange*. Angl. *Le Philadelphe*. Gall. *Pfeifenstrauch*. Germ. *Flotása*. Hung.

Ch. Gen. *Cal.* persistens, 1 — phyllus, 4-s. 5-partitus. *Cor.* 4-s. 5-petala; petalis emarginatis. *Styl.* 4-s. 5-partitus. *Caps.* duplex, 4-s. 5-locularis, 4-s. 5 valvis, polysperma.

coronarius L. 927. Ph. frutex 3-6-pedalisve, ramis oppositis; fol. petiolatis, oppositis, ovato-oblongis, acuminatis, dentatis, glabris, margine pilosis; flor. in racemum terminalem laxum pedicellatumque dispositis, speciosis, albidis, suaveolentibus petalis 4; stylo 4-fido. *Duh. Arb.* 2. t. 83. *Schkh.* t. 131.

Common Mock Orange; *Flute-tree*; *White Syringa*. A. *Le Philaldelphe odorant*; *La Syringe blanche*. G. *Wohlriechender Pfeifenstrauch*; *Flöten*, *s. Röhrenbaum*; *wilder Jasmin*; *falscher Syringenstrauch*. G. *Olasz v. vad-Fejér Jaszmin*; *v. Jézsament*; *Nadasfa*; *Sipbokor*. H. *La Siringa spuria*. I.

In hortis, dumetis, pomariisque et ad sepes haud frequens. Maj. Jun. Fr.

CCLVIII AMYGDALUS. L. G. 848. *Almond-tre.* Angl. *L' Amandier.* Gall. *Mandelbaum.* Germ. *Mandolafa.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* inferus, campanulatus, 5-partitus, deciduus. *Cor.* 5-petala. *Drup.* exsucca, 1-sperma, coriacea, villosa. *Nux.* ovata, compressa, acuminata, glabra, poris perforata.

communis L. 928. A. foliis ovato-lanceolatis, acutiusculis, serratis, glabris, serraturis infimis glandulosis; floribus sessilibus, geminis, purpureis, petalis calyce longioribus, cortice drupae duro, exsucco coriaceo. *Mill. ic.* t. 28. f. 1. *Blw.* t. 105.

Common Almond-tre A. *L' Amandier commun.* G. *Gemeiner Mandelbaum.* G. *Mandolofa.* H. *Il Mandolo s. Mandorlo comune.* I.

In vineis juxta Besse, Keresd; Szász-Nádos etc. et in cott. Hunyadensi in iisdem locis frequens. April Ar.

nana. L. 929. A. frutescens; trunco bipedali pedalive; foliis ovato-lanceolatis, basi attenuatis, simpliciter argute serratis, glabris; stipulis linearibus, calycinis laciniis oblongis, coroll. ex armeniaco sanguineis; drupa exsucca, extus villosissima. *P. Ross.* t. 6.

Dwarf Almond tree. A. *L' Amandier nain.* G. *Zwergmandelstrauch.* G. *Törpe mandolafa*; *Hanga baratzk.* H. *Il Mandolo nano* I.

In clivis, montibus sterilioribus arenosisque prope Szeben; Sz. Ersébeth; juxta pagos Verd et Morgonda; item ad vinearum margines ad Segesvár; K. et N. Bunn, et denique ad nemorum margines nempe prope Bonyha, Kolosvár; Déva et in montb. calcareis *die Mezöség*, etc. vulgatissime. Apr. Maj Fr.

CCLIX. PERSICA. *Mill.* *Peach tree.* Angl. *Le Pecher.* Gall. *Pfirsichbaum.* Germ. *Öszibaratzkafa.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* inferus; 5-partitus, deciduus. *Cor.* 5-petala. *Drupa* ovata, s. globosa, carnosa,

succulenta. *Nux.* ovata, superne acuminata, lateribus reticulatim sulcata.

vulgaris. 930. P. foliis petiolatis, lanceolatis, acutis, duplicato-serratis; floribus sessilibus, solitariis, rubris; drupis ovalibus s. rotundis; diverse coloratis; extus glabris villosisve, carnoso-succulentis. *Blaw.* t. 101. *Amygdalus persica.* L. *Common Peach-tree.* A. *Le Pêcher commun.* G. *Gemeiner Pfirsichbaum.* G. *Szőrös baratzkafa.* H. *Il Pesco. o. Persico volgare.* I.

In pomariis, hortis, vineisque cum plurimis varietatibus occurrens. Mart. Apr. Ar.

CCLX. ARMENIACA. *Mill.* *Aprikok-tree.* Angl. *L' Abricotier.* Gall. *Aprikosenbaum.* Germ. *Baratzkfa.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* deciduus, inferus, campanulatus. *Drupa* subglobosa, carnosa, villosa. *Nux.* subrotunda, compressa, superne acuta, basi obtusa, lateribus sulcata.

epirotica Wett. 931. A. foliis petiolatis, ovato-cordatis, acutis, serratis; florb. lateralibus, sessilibus, solitariis, passim binis, pallide rubris; drupis carnosis, extus hirsutis. *Prunus armeniaca.* L. *Common Aprikok-tree.* A. *L' Abricotier commun.* G. *Gemeiner Aprikosenbaum.* G. *Tengeri baratzkfa.* H. *Il Briccoccolújo comune.* I.

In hortis, pomariis vineisque valde communis. Mart. April. Ar.

CCLXI. PRUNUS. L. G. 849 *Plum-tree.* Angl. *Le Prunier.* Gall. *Pflaumenbaum.* Germ. *Szilvafa.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* inferus, ovatus, 5-partitus, deciduus. *Cor.* 5 petala. *Drupa* globosa, vel oblonga, uno latere subsulcata, carnosa, diverse colorata, glaberrima. *Nux* compressa, suturis prominula.

spinosa L. 932. P. ramis alternis, pilosis, apice spina dura terminalibus; foliis elliptico-lanceolatis, subserratis, glabris, subtus villosis; pedunculis solitariis, sparsis, unifloris; drupis globosis, ex nigro-caeruleis, prurigine glaucescen-

te anhelatis. *W. Carp.* n. 473. *Fl. D.* t. 926. *E. B.* t. 842. *R.* et *A.* t. 43.

Black Thorm; Sloe-tree; Winter-Creke. A. *Le Prunier sauvage, ou épineux.* G. *Gemeiner Schlee-s. Schwarzdorn; Dornpflaume; Schlehe; Heckenschlehen; wilder Kriekenbaum.* G. *Kökényfa; Kökény-tövis.* H. *Il Prugnólo. s. Fusino salvatico.* I. *Porumbilié.* V.

In apricis, dumetis elatioribusque et ad sepes, vias nemorumque margines, vulgatis. Apr. Maj. Fr.

insititia L. 933. P. ramis inermibus, passim spina simplici armatis; fol. petiolatis, lanceolato-ovatis, saepe convolutis, supra saturate viridibus, subtus villosis; pedunculis geminis, drupis subrotundis, e nigro-caeruleis. *Kern.* 4. f. 29. *Blaw.* t. 305. *E. B.* t. 841.

Black Bullace-tree. A. *Le grand Prunier sauvage; Le Prunier d' automne.* G. *Haferschlehen; Kriechen s. Haferpflaume; zahme Schlehen; Krecken;* G. *Közep-szilva: Kökény-Szilva; Zabkökény.* H. *Il Prugnalo albero.* I.

In dumetis sepibusque; item in pomariis et nemoribus, denique ad vinearum margines pagosque communis. Apr. Maj. Ar.

domestica L. 934. P. ramis plerumque inermibus; fol. ovalibus, crenatis, convolutis; pedunculis subsolitariis, hirsutis; calycinis laciniis denticulatis; drupis oblongis, s. obrotundis, diverse-coloratis. *Blw.* t. 309.

Common Plume-tree. A. *Le Prunier doméstique.* G. *Gemeiner Pflaumen-s. Zwetschenbaum; wilder Pflaumenbaum.* G. *Szilvafa; Kerti-Szilva.* H. *Il Prugno comune.* I. *Prunele.* V.

In agris, dumetis, hortis, pomariis, pratis, sepibus et ad vinearum margines vulgatissime. Apr. Maj. Ar.

ANNOTT. Arbor sylvestris ramis spina solitaria armata.

CCLXII. PADUS. Mill. *Bird's-Cherry-Padus.* Angl.

Le Putier. Gall. *Traubenkirschenbaum.* Germ. *Zelnitze.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* inferus, ovatus, deciduus, 5-partitus, laciinis patulis, rotundatis. *Cor.* 5-petala. *Drupa* globosa, carnosa, nitide glabra. *Nux* globosa, hirsuta, uno latere subangulata.

Avium Willd. 935. P. ramis alternis, saturate fuscis, punctis albis notatis; fol. petiolatis, basi biglandulosis, ovato-lanceolatis, serratis, nervosis, glabris; florb. in racemos laterales solitarios laxos pendulosque dispositis; petalis denticulatis; drupis globosis, magnitudinem pisorum majorum adaequantibus, primum sanguineis, postea nitenti-atris. *Prunus padus. L.* et *Fl. D.* t. 205 *E. B.* 383. *R.* et *A.* t. 29. *W. Carp.* n. 472. *Birds-Cherry-tree; Wild Cluster-Cherry.* A. *Le Prunier à grappes; Le Putier commun; Le bois de St. Lucie commun.* G. *Vogelkirschenbaum; Vogeltraubenkirsche; Ahlkirschenbaum; Hexenholz; gemeines Luzienholz; Stinkbaum; Pabst- s. schwarze-Weide.* G. *Kutyatséresznyefa; Kökény tséresznye; Madártseresznyefa; vad Szilvafa; Zelnitzefa.* H. *Il Ciriegio grappoloso, o agrappi.* I. *Pruno Sèlbarico.* V.

In nemoribus montosis ad Sz. Ersébeth; Holzmány; Marpod; Oltzinna; Szasz Alamor; Segesvár; Kőhalom; Brassó etc. in pomariis sepibusque frequens Maj. Ar.

Obs. Flores fragrantes, olfactui sensorio obnoxii. Baccae maturae ab avibus expetitae.

CCLXIII. CERASUS. *Mill. Cherrytree.* Angl. *Le Cerisier.* Gall. *Kirschenbaum.* Germ. *Tseresznyefa.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* inferus, deciduus, 5-partitus, laciniis reflexis. *Cor.* petala subintegra; *Stam.* medio calycis superne inserta. *Drup.* globosa, carnosa, succulenta, nitide glabra. *Nux* globosa, glabra, uno latere subangulata.

Mahaleb Cl. 936. C. ramis alternis erectis; fol. petiolatis, ovatis s. subcordato-ovatis, obtusis,

serratis; florb. terminalb. corymbosis, petalis integris; drup. ovali-globosis, nitidis, atris. *Pr. Mahaleb. J. A.* t. 227. *R.* et *A.* t. 14. *Cl. h.* I. p. 64.

Saint Lucian Wood-tree or Perfumed Cherry tree. A. *Le Prunier odorant; Le bois de St. Lucie.* G. *Mahalebkirsche; Dinten-Stein-oder wohlriechende Kirsche; St. Luzienholz.* G. *Saj-Medgy; Törpe tseresnye.* H. *Il Magaleppo.* I.

In sylvis subalpinis saxosisque Hunyadensibus ibidem versus Vajda-Hunyad et Malomviz etc. Apr. Maj. Ar.

dulcis Mill. 937. C. ramis alternis, erectis; fol. petiolatis, basi biglandulosis, ovato-lanceolatis, acuminatis, inaequaliter serratis, conduplicatis, subtus venis reticulatis, pubescentibus; umbellis sessilibus; florib. solitariis pedunculatis, pluribus abortientibus; drupis globosis, e purpureo rubris, mature nigrescentibus, dulcibus. *Prunus avium. Kern.* 4. t. 30. *R.* et *A.* 4. t. 30. *W. Carp.* n. 474.

Wild, or common Birds-Cherry-tree. A. *Le Cerisier des Oiseaux.* G. *Waldkirschenbaum; gemeiner Vogelkirschenbaum; süsse Kirsche.* G. *Vad tseresznyefa.* H. *Il Ciriegio volgare.* I.

In agris pratensibus cultisque, nemoribus, dumetis et pomariis; item ad sepes pagosque valde communis. Maj. Ar. excelsa.

acida Wett 938. C. ramulis annotinis plerumque deflexis; fol. ovato-lanceolatis, utrinque attenuatis, conduplicatis, aequaliter serratis, glabris, petiolatis, biglandulosis; umbellis subpedunculatis; calycinis laciniis obtusissimis, demum reflexis, drupis globosis, ex atro purpurascentibus, acidulo-dulcibus. *Cer. vulgaris.* Mill. *Prunus Cerasus. L. Blaw.* t. 449 *R.* et *A.* t. 30. — var. α Cer. hortensis florb. plenis.

Kentisch, or common Cherry-tree. β.) *Doubleflowering Cherry-tree.* A. *Le Cerisier sauvage à fleurs doubles.* G. *Gemeiner Kirschenbaum.* Sax-

ver Kirschenbaam; *Weichselbaum*. G. *Medgyfa*; *Borízú-Medgy*. H. *Il Ciriegio amaro*; *Il amarasco volgare*. *o Visciolo*. I. *Tschireschelle*. V.

In apricis, asperis, dumetis, hortis, nemoribus, pomariis vineisque et ad sepes communis. β in hortis passim. Maj. Ar.

pumila Bauh. 939. C. frutescens; trunco pedali altioreve, ramis alternis, diffusis, virgatis; fol. petiolatis, obovatis, s. ovato - lanceolatis, obtusis, serratis, serraturis infimis biglandulosis, caeterum utrinque nitide glabris, junioribus glutinosis; pedunculis folio longioribus solitariis, binis, vel 3, s. 5, umbellatis, pedunculo brevissimo communi insidentibus, bracteis pusillis, subulatis coloratisque; drupis globosis, rubris, glabris, carnosis, austero acidulis. *Prunus chamaecerasus*. *Ehrh*. et *J. ic. rar*. t. 90. *Pr. Cerasus* S. *pumila* L.

Dwarf Wild-Cherry. A. *Le Cerisier nain*. G. *Zwerg-Kirschenstrauch*; *Strauchkirsche*; *Erd*. s. *Zwerg-weichsel*. G. *Vad Medgy*. H. *Il Amarasco nano*. I.

In apricis montosis, et prope margines nemorum vinearumque ad Segesvár ibidem *am Weiten-Berg et Reisselten*; item juxta N. Bunn ibidem post vineta; porro ac prope Kőhalom *im Grossborlten* etc. Maj. Fr.

Ordo II. Digynia.

CCLXIV. CRATAEGUS L. G. 854. *Haw-Thorn*. Angl. *L'Alisier*. Gall. *Hagedorn*. Germ. *Galagonya*. Hung.

Ch. Gen. *Cal*. persistens, 5-fidus. *Styl*. 1, 2, s. 5. *Drupa* infera, ovata, farinoso-carnosa, 1-2 vel 5-sperma.

Oxyacantha L. 940 Cr. ramis alternis, spinosis, glabris, fol. alternis, petiolatis rhomboideo-ovatis, obtuse subtrifidis, inciso-serratis (lob. medio leviter trifido), laete viridibus, glabris;

florb. fasciculato corymbosis, pedunculatis, suaveolentibus, niveis, petalis subrotundis, crenulatis; stylis semper binis; drupis elliptico-subrotundis, 2-spermis, glabris, mature obscure sanguineis. *I. A.* t. 292. f. 2. *Fl. D.* t. 634. *W. Carp.* n. 476.

White-Thorn; *Beam-tree.* A. *L'Alisier Aupepin*; *L'Epine blanche*; *La noble Epine.* G. *Gemeiner Weissdorn*; *stumpfblättriger Hagedorn*; *Mehlbeere*; *Hunds-Christ-s. Mehldorn*; *Unser lieben Frauen Birne.* G. *Tsere galagonya*; *Szaragógya.* H. *Il Amperlo*, *o Baratzo bianco*; *Bianco Spino*; *Pan d'orso.* I. *Pâducio-lo.* V.

In dumetis, nemoribus, pomariisque et ad sepes valde communis. Maj. Jun. Fr.

monogyna Jacq. 941. Cr. ramis spinosis; fol. petiolatis, acute profundeque 3- vel 5- fidis, laete viridibus, subtus hirsutis, lobis argute serratis, margine pilosis; florb. umbellatis; bract. semilunatis, argute serratis; pedunc. solitariis, 2, vel 7, pilosis; calyc. lac. acutis, lanceolatis, subreflexis, tomentosis; stylo unico; drup. 1- spermis, mature saturate sanguineis *J. A.* t. 292. f. 1. *W. Carp.* n. 477. *Cr. apiifolia Med. Mespilus monogyna Fl. D.* t. 1162.

Common Haw-Thorn. A. *L'Alisier monogyne.* G. *Eingriffliger Hagedorn*; *Hageapfelstrauch*; *Mehlfaesschen.* G. *Egymagú galagonya.* H.

In dumetis, nemoribus, pomariis sepibusque cum priore intermixtim saepe occurrens. Apr. Maj. Fr.

nigra Kit. 942. Cr. ramis spinosis inermibusve; fol. alternis, petiolatis, lobato-sinuatis, serratis, basi truncato-subcuneatis, supra saturate viridi-enitentibus, subtus villoso-incanis; florb. 5-gynis, pedunculis cumque calyce villosis, cal. laciniis brevissimis, subrotundo-obtusis, subdentatis, pet. integerrimis e pallide roseo-niveis; drupis 3-5 spermisve, subrotundis, mature nigris, succo atropurpureo repletis. *W.* et *K.* t. 61.

Black-berried Haw-Thorn. A. *L'Alisier à fruits noirs.* G. *Schwarzfrüchtiger Hagedorn.* G. *Fekete galagonya.* H. *Glos niegrâ* in Banatu a Valachis V.

In sylvis elatioribus post Déva et versu Húnyad, item ad confinia Banatus. Maj. Jun. Fr.

CCLXV. WALDSTEINIA. L. G. 988. *Waldsteinie.* Gall. et Germ. *Waldsteinfűve.* Hung.

CH. GEN. *Cal.* 1-phyll., 10-fidus, erecto-patens, inferus; *lac.* alternatim brevioribus, lineari-acutis; reliq. 5 ovato lanceolatis longioribus. *Cor.* 5-petala, *Stam.* 20 plurave. *Germ.* 1-3, pedicellata, 1-locularia. *Styl.* 2-3. *Recept.* commune, oblongum, persistens, calyculatum, exsuccum.

Geoides Willd. 943. W. caulibus palmaribus cubitalibusve, erectis, teretibus, pilosis, apicem versus dichotomis; fol. *radical.* longe petiolatis, plurimis, obtuse cordatis, 5 lobis, inaequaliter dentatis; *caul.* brevius petiolatis, 3-lobis, lobo *medio* latiore 3-lobato, *lateralib.* bilobis, omnibus dentato-ciliatis; stip. oppositis, oblongo-lanceolatis, argute serratis; florb. terminalibus longe pedunculatis, dichotomis; pedunc. filiformibus, solitariis, unifloris, subnutantibus; calyce 10-striato, ovato, lac. major. conniventibus, reliq. patulis; pet. emarginatis, e flavo-sulphureis; styl. 2, s. 3; germb. pyriformibus, brevissime pedicellatis stylisque coronatis. *N. A. Berol.* II. t. 4. f. 1. *K.* et *W.* t. 77.

Avens-like Waldsteinia. A. *Geumartige Waldsteinie.* G. *Nyúlszemlevelű Waldsteinfűve.* H.

In nemoribus montosis umbrosisque scil. juxta Segesvár ibidem versus *Knopf-Fuchsloch* et *im Reisselten*; item juxta N. Bunn et Bonyha et quoque post A. Rákos versus *M. Tepéj*, frequens etc. Apri. Maj. P.

Ordo III. Trigynia.

CCLXVI. SORBUS L. G. 855. *Service-tree.* Angl. *Le Sorbier.* Gall. *Eberoschenbaum.* Germ. *Berekenyefa.* Hung.

Ch. gen. *Cal.* 1 phyll., 5-fidus, persistens. *Cor.* 5-petala. *Bacca* globosa, umbilicata, 2-sperma.

Aucuparia L. 944. S. ramis glabris; fol. alternis, petiolatis, impari-pinnatis, pinnulis oppositis, subpetiolatis, lanceolatis, acuminatis, acute-serratis, impari longius petiolato, superne laete viridibus, pilosis, subtus pallide pubescentibus; florb. in cymoso-corymbum speciosum dispositis; bracteis subulatis; calyce pubescente, baccis globosis, calyce coronatis, glabris, 3-locularibus, e rubro-coccineis. *Fl. D.* t. 1034. *Blkw.* t. 73. E. B. t. 337. *R.* et *A.* t. 23. *Cr. A.* t. 1. f. 4. *W. Carp.* n. 478.

Common, or *Wild Service-tree*, *Mountain Ash-tree*; *Quicken-tree*; *Quickenbeam*; *Roan-tree.* A. *Le Cormier*, *ou Sorbier des Oiseleurs*; *Le Sorbier sauvage*, ou *des Chasseurs*, *Le Corettier* ou *Sormier*; *l'Harlassier.* G. *Vogelbeerbaum*; *Elsebeer — Sperberbaum*; *Eberesche*; *Quitschern.* G. *Barkótzfa*; *veres Berekenye*; *piros Kutya-tseresnyefa.* H. *Il Sorbo salvatico.* I.

In montib. umbrosis prope Segesvár, ibidem *am weiten Berg* et *im Siechenwald*; item in sylvis montosis subalpestribusque nempe Barcensibus, Bistricensibus et Rodnensibus; item in iisdem locis ad Sedes Csik et Háromszék copiose. In hortis ac pomariis hinc indeque passim. Maj. Jun. Ar. excelsa.

Ordo IV. Pentagynia.

CCLXVII. MESPILUS L. G. 857. *Medlar-tree.* Angl. *Le Neflier.* Gall. *Mispelbaum.* Germ. *Naszpolyafa.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* superus, 5-fidus, persistens. *Cor.* 5-petala. *Drupa* 2-vel 5-sperma.

germanica. L. 945. M. arborea; ramis alternis, glabris, junioribus tomentosis; spinis terminalibus axillaribusque solitariis, validis nitidissimisque armatis; fol. petiolatis, oblongo-lanceolatis; integerrimis subserratisve, supra saturate viridibus, subtus tomentosis; florb. terminalibus subsessilibus, solitariis, pentagynis; laciniis calycinis lanceolatis, pubescentibus; drupis obovatis, 5-spermis, fuscis, apice truncatis, umbilicatis, calyce coronatis. *Schm. Baumz.* t. 83. *R.* et *A.* t. 154. *P. Ross.* I. t. 15. f. 1.

Common Dutsh Medlar-tree. A. *Le Neflier commun*, ou *des bois.* G. *Gemeiner Mispelbaum*; *wilder Mispelbaum*; *Nespelstrauch.* G. *Vad nászpolyafa*; *Láspenya*; *Miszpulya.* H. *Il Néspolo comune.* I.

In sylvis montosis ad Déva et Húnyad; item in dumetis, pomariis, vineisque communis. Maj. Jun. Fr. et Ar.

chemaemespilus L. 946. M. inermis, ramis cortice e griseo — bruneis, juniorb. viridulis, fol. petiolatis, obovatis, acuminatis, acute serratis, glabris, juniorb. villosis; florb. terminalibus capitato-corymbosis, 2-gynis; dentibus calycinis tubo brevioribus; petalis erectis; drupis 2-spermis, subrotundo-ovatis, mature nigro-tomentosis. *W. Carp.* n. 482. *Sorbus. Crantz.* p. 83. t. 1. f. 3. *Crataegus J. A.* t. 231.

Dwarf, or *Mountain. Medlar shrub*; *Bastard Quince-Shrub.* A. *Le Neflier des montagnes.* G. *Bergmispelstrauch*, *Bastardquitten.* G *Alatsony názpolyafa.* H. *Il Nespolo di monte.* I.

Insubalpinis rupestribus Barcensibus scil. Thetzla et Piátra Mare. Maj. Jun. Fr.

Cotoneaster L. 941. M. inermis, ramis alternis, divergentibus; fol. alternis, petiolatis, ovatis, integerrimis, supra saturate viridibus, subtus tomentosis, apice subemarginatis; florb. axillari-

bus terminalibusque, subracemosis, pedunculatis, nutantibus, 3-gynis, e roseo-sanguineo-albidis; lacin. calyc. ovatis, obtusis, sanguineis, glabris villosisve; drupis globosis, umbilicatis, calyce coronatis, rubris, 3-spermis, nucleis cordato-ovatis, apicem versus nitidis. *Fl. D.* t. 112. *P. R.* I. t. 15. *Schm.* t. 89. *R.* et *A.* t. 51. *W. Carp.* n. 480.

Mountain Quince-tree. A. *Le Nefflier Cotonnier* ou *de Mr. Gesner.* G. *Quittenmispelbaum*; *Steinmispel*; *rothe Steinaepfelchen.* G. *Molyhos naszpolyafa*; *Birsalmafa.* H. *Il Néspolo cotogno.* I.

In sylvis montosis, subalpinisque Barcensibus nempe *Schülergebürge*; *Piátra Lapte* et *Thetzla*; item in Cott. Húnyad. juxta Máros Némethi et juxta Kôhálom ibidem *auf der Burg* etc. Maj. Jun. Fr.

pygmaea. 948. M. inermis, trunco cubitali pedalive, decumbente, ramoso; ramulis tomentosis; fol. alternis, subrotundo-ovatis, obtusis, integerrimis, apice raro emarginatis, supra saturate viridibus, pilis raris adpressis obductis, subtus albo-tomentosis; florb. lateralib. terminalibusque paniculatis; bracteis subulatis, purpureis; drupis priori duplo majoribus, 4- s. 5-spermis, obovato-rotundatis, mature nitide coccineis cano-villosis. *M. coccinea.* K. et *W.* t. 256. *W. En* I. p. 523. *M. tomentosa.* *W. Carp.* n. 481. *M. orientalis Mill.*

Dwarf Quince-tree. A. *Le Nefflier nain.* G. *Zwergmispelstrauch.* G. *Pitsiny náspolyafa.* H. *Il Néspolo pigméo.* I.

In montibus saxoso-calcareis v. c. in Cott. Húnyad. scil. la *Wárfulo Kozolya*; in S. Udvárhely ibidem gegen *die Almás-Höhle*; et in Cott. Alb. Inf. nempe *la Muntie Drogu.* Maj. Fr.

CCLXVIII. PYRUS L. G. 858. *Peartree.* Angl. *Le Poirier.* Gall. *Birnbaum.* Germ. *Körtéfa.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* persistens, superus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Styl.* 1 vel 2-5, basi tomentosi. *Pom.* oblongo-conicum, umbilicatum, calyce

coronatum, loculamentis 3-5, cartilagineis, 2-spermis.

Amelanchier. L. 949. P. inermis, 1-2- pedalisve; ramis alternis, virgatis, juniorib. tomentosis; fol. alternis, longe petiolatis, ovalibus, obtusis, serratis, apice mucronatis, subtus tomentosis; stipulis lateralibus, subulatis, deciduis; florb. axillaribus corymbosis, 5 gynis, pedunculis apice incrassatis, 1-floris; bract. subulatis, petalis lineari-lanceolatis; pomis globoso-turbinatis, 5-locularibus, 10-spermis, mature nigris, glabris. *Mespilus J. A.* t. 300. *W. Carp.* n. 479.

Amelanchier-tree. A. *L'Amelanchier.* G. *Felsen* s. *Mispelbirne*; *Quandelbeerstrauch.* G. *Amélanto.* H. *Il Pero del rupe.* I.

In sylvis subalpinis rupestribus Húnyad: ibidem versus *Retyezát.* Maj. Fr.

communis L. 950. P. spinescens; fol. petiolatis, solitariis, oblongo-ovatis, obtusis, serratis, utrinque glabris, juniorib. subvillosis, pendulis; florb. corymbosis, albis; pomis obconicis breviter pedunculatis, 5-locularibus, 5-spermis. *W. Carp.* n. 484. *Kern.* 3. t. 22. P. *communis α Pyraster.* L.

Wild Pear-tree. A. *Le Poirier sauvage.* G. *Wilder Birnbaum*; *Feldbirn*, s. *Holzbirnbaum.* G. *Vad Körtvélyfa.* H. *Il Pero comune.* I.

In agris, dumetis, nemoribus, oppidis, pagis, pomariis et pratis elatioribus vulgatissime. Maj. Ar. excelsa.

domestica Ehrh. 951. P. ramis cinereo-fuscis, junioribus villosis; fol. impari pinnatis, glabriusculis, junioribus villosis; pinnulis oppositis, sessilibus, oblongis, acutis, argute serratis; florb. racemoso-paniculatis, 5-gynis, erectis; pomis pyriformibus e flavo-viridibus 5-locularibus. *Sorbus domestica Linn.* et *Blw.* t. 174. *J. A.* t. 447.

Cultivated Pear-tree. A. *Le Poirier domestique.* G. *Speier* s. *Sporapfel*; *Spierbaum*; *Adlesche*; *zahmer Vogelbeerbaum.* G. *Barkótza Süvöltin-Körtvély.* H. *Il Sorbo domestico.* I.

In sylvis montosis juxta Déva ibidem quoque in vineis; item ad pagos. Maj. Jun. Ar. procera.

Aria Ehrh. 952. P. inermis, ramis alternis, erectis; fol. petiolatis, subrotundo-ovatis, planis, inciso-duplicato-serratis, supra viridibus, glabris, subtus albo-tomentosis; florb. terminalibus, corymbosis, 2- s. 3-gynis; calycinis laciniis reflexis, ex albo-tomentosis; pomis subrotundis, mature rubris, tomentosis 2- vel 3 spermis. *Crataegus Aria.* L. et *Fl. D.* t. 302. *K.* et *A.* t. 24. *W. Carp.* 475. *Sorbus Aria. Cr. A.* n. 591. t. 2. f. 2. *White Beam*; *White-Leaf-tree.* A. *Le Poirier Alisier*, *L'Alouche de Bourgogne*; *Le Drouiller.* G. *Mehlbirnbaum*; *Weisslaub*; *rother Mehlbaum*; *Mehlbeer-Hagedorn*; *weisser Arlsbeerbaum*; *wilder Speierlingbaum.* G. *Lisztfa.* H. *Il Pero montano.* I.

In nemoribus montosis versus Máros-Némethi et Dobra; item in subalpinis sylvis post Brassó. Maj. Jun. Ar. mediocris.

torminalis Ehrh. 953. P. inermis, fol. petiolatis, simplicibus, subrotundo-ovatis, 7-lobatis, acuminatis, serratis, supra nitide viridibus, glabris, subtus pubescentibus, lobis infimis 2, divaricatis; florb. axillaribus terminalibusque cymoso-corymbosis, digynis; pedunculis calycibusque ex albo tomentosis; pomis subrotundis, calyce coronatis, fuscis, villosis, punctis niveis notatis, bilocularibus, carnosis. *Crat. torminalis. J. A.* t. 443. *Fl. D.* t. 798. *E. B.* t. 298. *R.* et *A. t.* 20. *Maple leav'd Service-tree.* A. *Le Poirier torminale*; *L'Alisier des bois*; *Le Tormigné.* G. *Wilder Arlsbeerbaum.* G. *Barkótzafa.* H. *Il Pero torminale.* I.

In nemoribus juxta Ujégyház, Halzmany et Oltzina; porro ac ad Segesvár, Fejéregyháza; K. et N. Bunn; Kőhalom; Brassó etc. valde communis. Maj. Jun. Ar.

CCLXIX. MALUS. *Mill.* *Apple-tree.* Angl. *Le Pommier.* Gall. *Apfelbaum.* Germ. *Almafa.* Hung.

CH. GEN. *Cal.* persistens, superus, 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Styl.* 5, vel liberi, vel basi conjuncti. *Pom.* carnosum, umbilicatum, subrotundum, vel orbiculare, 5-loculare: loculamentis 1-vel 2-spermis.

sylvestris Mill. 954. M. spinescens; fol. simplicibus, petiolatis, fasciculatis, ovatis, acuminatis, serratis, superne laete viridibus, subtus subtomentosis; umbellis sessilibus, fasciculatis; florb. ex albo-roseis; pedunculis calycibusque villosis; pomis subrotundis, basi umbilicatis. *Fl. D.* t. 1101. *Kern.* 3. t. 23. *R.* et *A.* I. 22. *Pyrus malus W. Carp.* n. 485.

Wilding Apple-tree. A. *Le Pommier sauvage*, ou *d'Etranquillon.* G. *Wilder Apfelbaum*, *Holzapfel*; *Wildling*; *Buschapfel.* G. *Vad Almafa.* H. *Il Malo salvatico.* I. *Máro sélbatico.* V.

In agris, dumetis, pratis montosis, nemoribus, pagis, pomariisque, etc. valde communis. Maj. Ar. procera.

dasyphyllus Borkh. 955. M. inermis, fol. oblongo-ovatis, acuminatis, dentatis, supra pubescentibus, subtus hirsutis; umbellis sessilibus; floribus bene odorantibus; petalis e niveo-rubris; stylis glabris, pomis e flavo-rubellis, dulci-acidulis.

Hairy Apple-tree. A. *Le Pommier velu.* G. *Haarblättriger Holzapfel.* G. *Szőrős almafa.* H. *Il malo irsuto.* I.

In nemoribus montosis prope Brassó et A. Szombathfalva. Maj. Ar. excelsa.

domestica. 956. M. inermis, fol. ovato-oblongis, acuminatis, serratis, glabris, subtus pubescentibus; umbellis sessilibus; unguibus calyce brevioribus; stylis glabris; pomis diverse figuratis pictisque. *Pyrus malus.* L.

Cultivated Apple-tree. A. *Le Pommier cultivé.* G. *Zahmer Apfelbaum.* G. *Zelid Almafa.* H. *Il Malo domestico.* I. *Máro de gredinâ.* V.

In pomariis, hortis, vineis, ambulacris, sepibusque valde communis. Maj. Ar.

CCLXX. CYDONIA Miller: *Quince-tree.* Angl. *Le Cotonnier.* Gall. *Quittenbaum.* Germ. *Büzös-alma.* Hung.

CH. GEN. *Cal.* 5-fidus, patens, serratus, persistens. *Cor.* 5-petala. *Pom.* carnosum, umbilicatum, tomentosum, loculis viscosis, polyspermis

vulgaris. 957. C, inermis, ramis alternis, iunioribus villoso-tomentosis; fol. alternis, petiolatis, subovali-cordatis, obtusiusculis, integerrimis, subtus tomentosis; florb. axillaribus terminalibusque solitariis, pedunculatis, magnis, 5-gynis; calycinis laciniis serratis; pomis magnis, luteis, 5-locularibus, basi umbilicatis, extus tomento niveo vestitis. *Pyrus cydonia J. A.* t. 342. *R. A.* t. 50.

Common Quince-tree. A. *Le Cotonnier sauvage.* G. *Gemeiner s. wilder Quittenbaum*; *Quittenstrauch.* G. *Közönséges büzös-alma.* H. *Il Cótogno comune.* I. *Alêmôre.* V.

Ad nemorum margines juxta Szász-Dallya et N. Bunn etc. item in pomariis, sepibus et vineis communis. Maj. Jun. Fr. et Ar.

CCLXXI. SPIRAEA L. G. 862. *Spirea.* Angl. *La Spirée.* Gall. *Spierstaude.* Germ. *Bajnótza.* Hung.

CH. GEN. *Cal.* inferus, 5-vel 6-fidus, persistens. *Cor.* 5-petala. *Caps.* oblongae, acuminatae, compressae, 2-valves, *Sem.* suturae internae adfixa, pusilla.

* FRUTICOSAE.

salicifolia L. 958. Sp. frutex 1-3-pedalis, erectus, ramis alternis, erectis, virgatis, angulatis, glabris; fol. alternis, brevissime petiolatis, utrinque attenuatis, obtuse lanceolatis, argute serratis, glabris; florb. terminalibus, racemis decompositis, erectis, corollis amoene-roseis, germinb. 5, sanguineis totidemque capsulis. *P. R.*

I. t. 21. *Schm.* t. 50. *Gm. Sib.* III. t. 39. *W. En.* I. p. 540.
Willow-leaved Spirea. A. *La Spirée a feuilles de Saule.* G. *Weidenblättrige Spierstaude.* G. *Füzlevelü bajnótza.* H.
In pratis montosis v. g. in sede Gyergyó ibidem in via publica versus pagum Ditro. Jul. Aug. Fr.
chamaedrifolia L. 959 Sp. frutex 3-pedalis altiorque, erectus, ramosissimus, ramis annotinis sulcatis pilosiusculis; fol. alternis, petiolatis, obovatis, acuminatis, apice inciso-dentatis, mucronulatis, supra laete viridibus, subtus glaucis, florb. terminalibus, corymbosis, pedunculis glaberrimis, corollis albidis, capsulis 5. *Willd. Arb.* 372. *W. Carp.* n. 485.
Germander-leav'd Spirea. A. *La Spirée à feuilles de Germandrée.* G. *Gamanderblättrige Spierstaude,* G. *Gamander bajnótza.* H.
In sylvis umbrosis scil. versus aquam mineralem *Lövéte* et Hargita; in sede Csik ibidem in *M. Tseretetö*; in S. Cibiniensi versus *Suruluj*; in Cott. Alb. sup. post A. Rákos ibidem in Mtb. *Tepéj* et *Örmös Tepéj* et in Cott. Húnyad. scil. Wârfulo *Kozolya* etc. Maj. Jul. Fr.
ulmifolia Scop. 960. Sp. frutex 3-pedalis altiorque; fol. alternis, petiolatis, ovato-lanceolatis, duplicato-dentatis; denticulis mucrone terminatis; corymbis terminalibus, longe pedunculatis, pedicellis unifloris corollis niveis majoribus; capsulis apice dehiscentibus 1-locularibus, 2-valvibus, 10-s. 12-spermis. *J. H.* 2. t. 140. *W. En.* I. p. 541.
Elm-leav'd Spirea. A. *La Spirée à feuilles d' Orme.* G. *Rüsterblättrige-Spierstaude.* G. *Szilflevelü bajnótza.* H.
In sylvis subalpestribus Barcensibus et Rodnensibus vulgaris. Jun. Aug. Fr.
crenata Pall. 961. Sp. frutescens; ramis bipedalibus, erectis, virgatis, tuberculatis; fol. alternis, petiolatis, ovalibus, oblongiusculis, apice cre-

natis, vel 3-4. dentatis, aliis obovatis, acutis, integerrimis laete viridibus, subtus trinerveis, margine pilosis; florb. axillaribus terminalibusque corymbosis, pedicellis parvis; pilosis, petalis ovalibus, integris niveis. *P. K.* I. t. 19.
Hawthorn-leav'd Spirea. A. *La Spirée crenulée.* G. *Gekerbte Spierstaude.* G. *Tsipkés bajnótza.* H.
In montibus calcareo-saxosis sil. in *M. Tepéj.* Jun. Fr.

.** HERBACEAE.

Aruncus L. 962. Sp. caule 3-vel 4 pedali, erecto sulcato-angulato, glabro; fol. alternis, petiolatis, supradecompositis, utrinque glabris, foliolis elliptico-cordatis, ovatis, argute-duplicato-inciso-serratis, cordato-acuminatis, petiolatis sessilibusque, impari *terminali* longius petiolato majoreque; florb. axillaribus terminalibusque mixtis, paniculato-spicatis, spicis alternis, filiformibus, ramosis, divaricatis, nudis, flosculis brevissime pedicellatis, nutantibus, albido-flavescentibus. *P. K.* I. t. 36. *W. Carp.* n. 486.
Wood Goats-Beard. A. *La Spirée des bois.* G. *Wald Bocks-s. Geisbart.* G. *Szakállas bajnótza; Szakállfü; Ketskebáb.* H. *La Barba di becco salvatica, la barba caprina.* I.
In sylvis subalpinis umbrosis humidisque praeprimis ad montium radices et prope rivulos post Rodna et Neu-Rodna frequens. Jul. Aug. P.
filipendula L. 963. Sp radice tuberosa, tuberculis ovalibus, carnosis, filipendulis; caule pedali altioreve, erecto, simplici: fol. *radicalb.* in orbem dispositis, in petiolum desinentibus; *caulin.* alternis sessilibus, basi amplexicaulibus, interrupte pinnatis, foliolis 1-formibus, lineari-lanceolatis, inaequaliter inciso-dentatis, utrinque glabris, impari 3-lobo, vel 3-dentato; florb. cymosis, secundis, mixtis. *Fl. D.* t. 635. *E. B.* t. 284. *W. Carp.* n. 487. Filipendula vulgaris. Cl. h. II. p. CCXI. ic. *Ej pann.* p. 710. (s. fig.)

Knolling Spirea; *Red Stone - Breack*; *Drop - wort*. A. *La Filipendula*. G. *Knolligwurzlichte Spierstaude*; *rother Steinbrech*; *Tropfwurz*; *Weinblume*; *wilde Garbe*. G. *Kolontzos bajnótza*; *Varjú mogyoró*; *Szent János Kenyere*. H. *La Filipendula*. I. *Feridsche álbe*. V.

In pascuis, pomariis, pratis nemoralibus et montosis, item apricis sterilioribus versurisque et ad semitas valde vulgaris. Maj. Jul. P.

Ulmaria L. 964. Sp. caule 3 - pedali, erecto, angulato - glabro, simplici; fol. alternis petiolatis pinnatis, subtus incano - tomentosis; foliol. suboppositis, sessilibus, ovato - acuminatis, inaequaliter duplicato - serratis; impari maximo, 3-lobo; stipulis amplexicaulibus, subrotundo - sulcatis, serratis; florb. terminalibus, mixtis, corymboso - cymosis, albidis; capsulis spiralibus, glabris *C. L.* 5. t. 33. *E. B.* t. 960. *Fl. D.* t. 547. *W. Carp.* n. 488. *Ulmaria*. *Cl. Pann.* p. 699. ic.

Meadow - Sweet; *Queen of the Meadow*. A. *La Reine des près*. G. *Sumpfspierstaude*; *Wiesengeisbart*; *Wiesenköniginn*; *Krampfkraut*; *Geisblatt*; *Geiswurzel*; *Weissbart*. G. *Reti legyező*; *Borvirág*; *Legyezőfű*; *ketske szakállfű*. H. *L'Ulmaria*; *la Barba di becco pratajuóla*. I.

In pratis udis et nemoribus humidis, item ad fossarum ripas et in piscinis neglectis valde communis. Jun. — Aug. P.

* *quinqueloba*. 965. Sp. caule 3 - pedali, flexuoso - erecto, angulato - sulcato, glabro; fol. alternis sessilibus, interruptim pinnatis, supra venosis, nudis, subtus nervosis, costis hirsutis; foliolis oppositis, sessilibus, subtrilobatis, ciliatis; impari maximo terminali, palmato 5 - lobo, omnibus argute duplicatoque serratis; stipulis amplexicaulibus, dentatis; florb. terminalibus, cymoso - corymbosis; corollis majoribus, ex albido flavescentibus;

Fünflappige Spierstaude. G.

In sylvis humidis umbrosisque post Parajd scil. in via publica versus sedem Gyergyó et in Cott. Küküllö juxta pagum K. et N. Bunn. Aug. P.

Ordo V. Polygynia.

CCLXXII. ROSA. L. G. 863. *Rose-bush.* Angl. *Le Rosier.* Gall. *Rosenstrauch.* Germ. *Rózsa-bokor.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* persistens, 5-fidus, collo coarctatus. *Cor.* 5-petala. *Bacc.* ventricosa, subglobosa, vel ovata, colorata, 1-locularis, polysperma. *Sem.* subrotunda, nuda, hispida, receptaculo exsucco adfixa.

* FRUCTIBUS SUBGLOBOSIS.

lutea Mill. 966. R. aculeis ramorum sparsis, erectis; fol. alternis cum impari pinnatis; foliolis petiolatis, obovatis, utrinque glabris, acute duplicateque serratis, glandulosis, subaculeatis, stipulis lanceolatis, dentato-glandulosis; pedunculis solitariis, glabris, e nigro-fuscis, calycinis laciniis lanceolatis, pilosis, 3-pinnatifidis, linearibus; petalis magnis luteis, emarginatis; fructb. e nigro-fuscis, glabris. *Trit. Fl.* h. 7. n. 62. R. *bicolor. I. H. Vind.* 2. t. 1. R. *Eglanteria.* L. *R. foetida All.*

Yellow Rose-bush. Common Sweet-Briar. A. *Le Rosier jaun.* G. *Gelbe Rose; Stinkrose; einfärbige Balsamrose.* G. *Sárga rózsa.* H. *Il Rosajo di fiori gialli.* I. *Rosa galbiná.* V.

In sepibus, dumetis hortisque communis. Jun. Jul. Fr.

arvensis. Wild. 967. R. ramis basi stoloniferis; aculeis validis, incurvis, sparsis armatis; fol. alternis, petiolatis, impari-pinnatis; foliolis 5-vel 7-nis, oppositis, brevissime petiolatis, ovatis, serratis, utrinque glabris, stipulis denticulato-ciliatis glandulosis; pubescentibus; pedun-

culis erectis, unifloris, hispidis, florb. albidis; fructb. e fusco-nigris. *R. spinosissima E. B.* t. 188. *Fl. D.* t. 398. *R. sylvestris Herm.*

Field, or *Wood Rose-bush.* A. *Le Rosier des champs* ou *des bois.* G. *Band-Feld-Kriech-Schlangen-* s. *Waldrose.* G. *Parlagi rózsa.* H. *Il Rosajo campestre.* I. *Rosa de câmpo.* V.

Ad nemorum margines frequentissime. Maj. Jul. Fr.

spinosissima. L. 968. R. aculeatissima, aculeis caulinis numerosissimis, inaequalibus, validis, densis, rectis curvisque, albis; foliolis 7-9. venis ve, subpetiolatis, obovatis, serratis, glabris; petiolis subaculeatis; pedunculis 1-floris, nudis, glabris; calycinis laciniis indivisis, lanceolatis, corollis albis ungue pallide flavescentibus; fructb. glaberrimis, nitidis, mature nigris, exsuccis. *E. B.* t. 187. *Fl. D.* t. 398. R. campestris, odora. *Cl. h.* I. p. 116. ic. *Ej. Pann.* p. III. et 114. ic.

White-Scoth Rose; *Burnet-leav'd Rose-bush.* A. *Le Rosier très-epineux.* G. *Weisse Stachelrose*; *Erd*-s. *Haferrose.* G. *Kökényes.* v. *Törpe szúrós rozsa.* H. *Il Rosájo spinoso.* I.

In rupibus calcareis nempe in *M. Tepéj*; item in Arce rupensi et ibidem in pratis montosis scil. *am Georgen-Busch*; in subalpinis ad sed. Háromszék et in Monte *Balványos* etc. Maj. Jun. Fr.

pimpinellifolia L. 969. R. pumila palmaris pedalisve, aculeis erectis plurimis albis armata; foliolis 7-nis brevissime petiolatis ovalibus, acute serratis; petiolis hispidis; pedunculis aculeatis, glabris; petalis amoene rubris; fruct. aculeatis, e fusco atris. *Bieb.* I. n. 971. *W. Carp.* n. 495.

Pimpinella-leav'd Rose-bush. A. *Le Rosier à feuilles de Pimprenelle.* G. *Bibernelblättrige Rose* G. *Tompalevelü rózsa.* H. *Il Rosajo a foglie di Pimpinella.* I.

In agris montosis et calcareis die *Mezöség.* Maj. Jun. Fr.

villosa L. 970. R. aculeata; aculeis sparsis, validis, rectis, apice incurvatis; ramis junioribus villosis; foliolis 5- vel 7-nis, ovatis, acutiusculis, duplicato-glanduloso-serratis, superne villosis, subtus villoso-tomentosis; petiolis villosis, subtus aculeatis, stipulis glandulosis; pedunculis unifloris glanduloso-hispidis; calycinis laciniis integriusculis, vel binis, pinnatifidis, piloso-hispidis, petalis pallide rubris; fructb. maximis, villoso hispidis, rubris, mature nigro-sanguineis. *Bieb.* I. n. 973. *W. Carp.* n. 494.

Greater Wild Apple-bearing Rose. A. *Le Rosier velu*; *Le grand Rosier*, ou *à grands fruits épineux*; *L'Eglantier hérisson.* G. *Zottige Rose*; *Apfel* s. *Hainbuttenrose*; *Rosenknöpfe.* G. *Borzas* s. *Szőrős rozsa.* H. *Il Rosajo di foglie vellose.* I.

In sylvis montosis ad sedem Csik; in Distr. Fagaras ac quidem ad sylvarum margines versus Ujsinka. Jun. Jul. Fr.

** FRUCTIBUS OVATIS.

pumila Jacq. 971 R. repens, palmaris cubitalisve, flexuosa, nodosa, aculeis sparsis armata; foliolis 3-vel 5-nis elliptico-ovatis, acute duplicato-serratis, superne nitide obscureque viridibus, venosis, subtus incano-villosis, serraturis glandulosis, costis spinulis rubescentibus armatis; stipulis alatis, apice bidentatis; pedunculis unifloris, hispidis, denseve aculeatis; calycinis laciniis inaequalibus, binis pinnatifido-lanceolatis, reliquis 2-integris, ovato-lanceolatis, 5-*ta* uno latere subdivisa; petalis bene suaveolentibus, pallide roseis, speciosis, magnis; fructib. pyriformibus aculeis densis glanduloso-rufescentibus vestitis. *J. A.* t. 198. *R.* et *A.* t. 15. *W. Carp.* n. 491. *R. Austriaca Crantz.* R. VI. pumila. *Cl. h.* I. p. 117.

Dwarf Rose-bush. A. *Le Rosier nain*, ou *d'Au-*

triche. G. *Zwerg s. österreichische Rose.* G. *Austriai v. Törpe rózsa.* H. *Il Rosajo nano.* I.

In pomariis, montosis herbidis, agris et ad nemorum margines fere ubique frequens. Maj. Jul. Fr.

Obs. Rad. repens agris pratis molestissima, lignosa.

repens Waldst. 972 R. repens, aculeis uncinatis, simplicibus armata; foliis 7-nis, ellipticis, simpliciter serratis, glabris, subtus laete viridibus; stipulis lanceolatis, integris, margine pilosis; pedunculis hispido-glandulosis; fructb. glabris. W. *Enum.* n. 547.

Creeping Rose-Bush. A. *Le Rosier rampant.* G. *Kriech-Rose.* G. *Terjedö rózsa.* H. *Il Rosajo serpeggiante.* I.

In pratis, agris et dumetis prope Dobra et Déva. Jul. Fr.

rubiginosa L. 973. R. aculeis sparsis, validis, apice incurviusculis armata; foliolis 7-nis, subpetiolatis, elliptico-ovatis, duplicato serratis, subtus glanduloso-rubiginosis, viscidis; petiolis aculeis pusillis, recurvis, glanduloso-villosis, vestitis; stipulis sagittatis, aculeis glanduloso-ciliatis; pedunculis terminalibus, solitariis, 1-vel 3, unifloris, aculeis gracilibus numerosis obsitis; calycinis laciniis intus tomentosis, extus glanduloso-pilosis, glutinosis, binis integris, lanceolatis, reliquis 3 pinnatifidis, petalis subpurpureis, ungue flavis; fructb. nigris, basi hispidis. *Fl. D.* t. 870. *J. A.* t. 50. *E. B.* t. 991. *W. Carp.* n. 489. R. *Eglanteria a Mill.* et *Tab. Kr.* p. 1087. ic.

Eglantine, or *Sweet Briar.* A. *Le Rosier Eglantier*, ou *enrouillé.* G. *Rostfärbiger Rosenstrauch*; *Rost-s. Weinrose.* G. *Rozsdás rozsa.* H. *Il Rosajo a foglie rubiginose.* I.

In collibus dumetis hortisque et ad sepes frequens Maj. Aug. Fr.

alpina. L. 974. R. orgyalis, inermis; ramis glabris, tuberculis vestitis, *juniorb.* maculatis; foliolis 7-vel 9-venis, oppositis, ovalibus, acutis, du-

plicato serratis, utrinque glabris, subtus pallidioribus, costis villosis; petiolis hispido-pilosis, stipulis semisagittatis, glanduloso-ciliatis; pedunculis longis, erectis, unifloris, solitariis, 2 vel 4; calycinis laciniis lineari-lanceolatis, caudato-elongatis, laciniis integris incisisve, intus albido-villosis, extus glabris, petalis e purpureo-sanguineis, ungue albidis; fructb. nutantibus, glaberrimis, e phoeniceo-sanguineis. *J. A.* t. 279. *W. Carp.* n. 490.

Alpin Rose-bush. A. *Le Rosier des Alpes.* G. *Alpenrose.* G. *Alpesi rózsa.* H. *Il Rosajo alpestre.* I.

In umbrosis montosis subalpinisque v. c. in S. Udvárhely versus Aquam Mineralem *Lövéte* et in M. *Hargita*; in S. Háromszék versus St. *Anna Tó*; et in sylvis montosis subalpinisque ubique. Jun. Jul. Fr.

canina. L. 975 R. alta, aculeis validis, aduncis, sparsisque armata; foliolis 5-7-nisve, ovatis, acuminatis, inaequaliter serratis, utrinque glabris; petiolis glaberrimis, subtus subaculeatis, curvatis; stipulis sagittatis, glabris; pedunculis solitariis, unifloris, 1 vel 3, glaberrimis; calycinis laciniis 3 pinnatifidis, reliquis 2 integris, villoso-tomentosis; fructb. glabris, saturate rubris. *Fl. D.* t. 555. *C. L.* 5. t. 34. *E. B.* t. 992. *R.* et *A.* t. 62. *W. Carp.* n. 493.

Wild Briar: *Dog's-Rose*: *Hep-bush*, or *tree.* A. *Le Rosier canin*, ou *des haies*, *L'Eglantier sauvage.* G. *Hundsrose*; *gemeine Heckenrose*; *Hages.* *Hainbuttenrose.* G. *Mezei.* v. *Vad rózsa*; *Ebrózsa*; *Büdös* v. *Tsipke rózsa.* H. *Mácieshe.* V.

In collibus, dumetis, nemoribus, pomariis sepibusque valde frequens. Maj. Jun. Fr.

corymbifera Borkh. 976, R. aculeis aduncis armata; foliolis 7-nis, ovalibus subacuminatis utrinque obscure viridibus, hirsutis, petiolis tomentosis, subtus aculeatis; florb. terminalibus, corymbosis; pedunculis glabris, centrali erecto ebracteato; reliquis basi bracteis 2 oppositis lan-

ceolatis, acutis auctis; calycinis laciniis glabris, glanduloso-pilosis; fructb. glabris. R. *arvensis.* *Roth.*

Dog's Corymb. Rose. A. *Le Rosier corymbifere.* G. *Hundstraussrose*; *Heckenstraussrose.* G. *Sátoros rózsa.* H. *Il Rosajo di fiori mazzoloni.* I.

In dumetis elatioribus juxta Brassó, Segesvár etc. Jun. Jul. Fr.

collina Jacq. 977. R. aculeis uncinatis validisque armata; foliolis 7-9-venisve, brevissime petiolatis, ovatis, acutis, argute duplicato-serratis, supra nitide viridibus, subpilosis, subtus reticulato-villosis, stipulis lanceolatis, apice setula terminatis, margine glanduloso-pilosis; calycinis laciniis lanceolato-caudatis, subintegris, intus villosis; fructb. glabris. *J. A.* t. 197. *W. Car.* n. 492. *R. solstitialis Bess.* n. 596.

Hil Rose-bush. A. *Le Rosier colline.* G. *Hügelrose.* G. *Dombi rózsa.* H. *Il Rosajo collino.* I.

In collibus et apricis juxta Segesvár; Szászkésd; Kőhalom; Lővéte; Brassó etc. Jun. Jul. Fr.

alba. L. 978. R. orgyalis altiorve, aculeis incurvis armata; foliolis 7-nis, petiolatis, ovatis, acute serratis supra glabris, subtus villosis, petiolis subtus aculeatis, stipulis lanceolatis, pedunculis solitariis, unifloris, hispidis; calycinis laciniis 2 integris, 3 reliquis pinnatifidis, extus villoso-glandulosis, intus glabris, petalis niveis; fructb. e fusco purpureis. *Fl. D.* t. 1215. *Blkw.* t. 73.

Common white Rose-bush. A. *Le Rosier blanc.* G. *Weiſse Rose.* G. *Fejér rózsa.* H. *Il Rosajo di fiori bianchi.* I.

In nemoribus elatioribus, dumetis, hortis; pomariis atque sepibus frequentissime. Jun. Jul. Fr.

CCLXXIII. RUBUS. L. G. 864. *Black*, or. *Rasp-Berry-bush.* Angl. *La Ronce*, ou *Le Framboisier.* Gall. *Bromm.* s. *Himbeerstrauch.* Germ. *Szederj v. Málna.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* inferus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Styl.* capillaris circa medium germinis. *Baec.* composita, acinis 1-spermis in capitulum collectis. *Recept.* conicum.

* FRUTESCENTES.

Idaeus L. 979. R. aculeis sparsis rectisque armatus, fol. alternis *inferiorib.* saepe 5-nato-pinnatis; *superiorb.* 3-natis; foliol. subpetiolatis, elliptico-subcordato-ovatis, acute serratis, subtus tomentosis, albidis; stipulis subulatis, deciduis; florb. corymboso-racemosis; pedunculis hispidis 3-vel 5-floris; acinis maturis e rubro-sanguineis, pruina nebulosa anhelatis, succulentis; receptaculo conico-clavato, albo, villoso. *Fl. D.* t. 788. *R.* et *A.* t. 7. *W. Carp.* n. 496. R. idaeus Dioscorid. *Cl. Pann.* p. 117 (s. fig.).
Red Rasp Berry-bush, or *Common Hind-berry.* A. *Le Framboisier commun.* G. *Gemeiner Himbeerstrauch; rothe Brombeeren.* G. *Málnabogyo* v. *Szederj*; *Erdei Szederj*; *Boldog asszony tsipkéje.* H. *Il Rovo ideo.* I. *Manna* s. *Rugo jidovu-lui*; *Rugo de monte.* V.
In dumetis, pomariis, nemoribus montosis et subalpinis sylvis ubique. Maj. Jul. Fr.
tomentosus Willd. 980. R. ramis angulatis, striatis, glabris, e cinereo-albidis, aculeis sparsis uncinatisque armatis; fol. alternis, petiolatis, ternatis, supra villosis, subtus tomentosis; foliolis sessilibus, obovatis, acutis, inaequaliter grossodentatis; terminali breviter petiolato, majore; florb. axillaribus terminalibusque, cymoso-paniculatis, pedunculis aculeatis; calycinis laciniis reflexis, tomentosis; petalis ex albido roseis calyce duplo longioribus; acinis maturis atro-rubentibus, acidulo-succulentis. *W. Enum. n.* 548.
Le Framboisier argenté. G. *Silberweifser Himbeerstrauch.* G. *Malyhos málna.* H. *Il Rovo di foglie lanate.* I.

In nemoribus calcareo-petrosis post A. Rákos, ibidem versus *Ürmös Tepéj*; item post Brassó scil. versus Piatrâ Mare et *Schülergebürge*. Jul. Fr.

caesius L. 981. R. frutex prostratus, teres, strigoso-aculeatus, diffuse-ramosus; fol. alternis, ternatis, summis simplicibus; lateralibus breviter petiolatis, cordato-ovatis, bilobis, terminali longius petiolato, cordato, subtrilobo-ovato, omnibus subtus pilosis, costis cumque petiolis pubescentibus, aculeis sparsis vestitis; pedunculis axillaribus, alternis, aculeatis, villosis, calycinis laciniis lanceolatis; acinis a nigro-caeruleis, pruina obductis, *Fl. D.* t. 1213. *E. B.* t. 826. *R.* et *A.* t. 87. *W. Carp.* n. 498.

Small Bramble; *Common Black Berry-bush. Black Bramble*; *Krist-Berry*; *Dew-berry-bush*. A. *La Ronce bleuâtre*. G. *Acker* s. *kriechender Brombeer*; *Bocks* s. *blaue Brombeere*. G. *Kékbogyó* v. *Szederj*. H. *Il Roso rustico strisciante*. I.

Inter segetes, item in dumetis, nemoribus umbrosis et ad agrorum margines fere ubique. Jun. Jul. Fr.

nemorosus Hayne. 982. R. caule tereti, sulcato, villoso, hinc indeque aculeato, *foliifero* prostrato, radicante, fol. quinatis vestito; *fructifero* erecto ramoso, foliis ternatis alternisque ornato; foliolis ovato-subrotundis, acuminatis, inaequaliter duplicato-serratis, subtus subpilosis, calycibus glanduloso-pubescentibus, petalis ovatis, integris emarginatisque; acinis nigris *Hayne Arzng. B.* 3 n. 10. t. 10.

Wood Bramble. A. *La Ronce des hâies*. G. *Hainliebende Brombeere*. G. *Erdei Szederj*. H. *Il Rovo di bosco*. I.

In dumetis, et nemoribus ad Segesvár; N. Bunn, Köhalom; Csik-Szereda etc. communis. Jun. Jul. Fr.

hirtus Waldst. 983. R. caulibus decumbentibus, angulatis e rubro fuscis, aculeis curvis armatis, glanduloso hispidis; fol. saturate viridibus, hirtis, quinatis ternatisque; foliolis ovatis, acuminatis, inaequaliter serratis; pedunculis inermibus, ni-

tide albo-pilosis; petalis ovato-oblongis, subalbidis; acinis nigris. *W. En.* n. 549. *K.* et *W.* t. 141.

Hairy leav'd Bramble. A. *La Ronce velue.* G. *Rauchblättriger Bromb.* G. *Borzos Szederj.* H. *Il Roso irsuto.* I.

In nemoribus umbrosis juxta Brassó et Fagaras frequens. Jun. Jul. Fr.

glandulosus Bell. 984. R. decumbens; fol. ternatis simplicibusque, foliol. subrotundo-ovatis, basi subcordatis, acuminato-mucronatis serratis, utrinque concoloribus; caule petiolis pedunculisque teretibus cumque calycibus aculeatis et glanduloso-hispidis, pet. albis, acinis maturis e caeruleo-nigrescentibus, acidulosis. *Bell. App. Ped.* p. 24. *W. En.* I. p. 548. *W. Carp.* n. 497.

Glandulous Black Berry-bush. A. *La Ronce glanduleuse.* G. *Drüsiger Brombeerstrauch.* G. *Ikros szederj.* *H.*

In sylvis alpestribus umbrosisque juxta Kapnyik Bánya et Olah-Lapos. frequens aestate. Fr.

agrestis Kit. 985. R. caulibus decumbentibus subangulatis, aculeis erectiusculis armatis; fol. 3-s. 5-natis, supra pilosis subtus tomentosis, pedunculis glanduloso-hispidis tomentosis, acinis mature nigrescentibus, acidulis. *K.* et *W.* Mspt.

Black Berried common Bramble. A. *La Ronce noire.* G. *Schwarzfrüchtiger Ackerbromb.* G. *Fekete Szederj.* H.

In arvis et agris versus Almas et Lövéte. Jun. Jul Fr.

fruticosus. L. 986. R. frutex adscendens, decumbens, erectiusculus, debilis, ramosus; ramis angulatis, sulcatis, aculeatis; fol. 5-natis 3-natisque, subtus incano-tomentosis, foliolis petiolatis, aculeis aduncis, stipulis lineari-acutis, margine rufo-ciliatis; pedunculis hispidis, villosis, calycinis laciniis ovato-acutis, reflexis, petalis ex albido carneis; acinis maturis nitide nigris. *Fl. D.* t. 1163. *W. Carp.* n. 499.

Common Black Berry-bush, or *Bramble*. A. *La Ronce commune*; *la grande Ronce*. G. *Strauchartige* s. *groſse schwarze Brombeere*. G. *Fekete Szederj*. H. *Il Rovo nero*. I.

In sepibus, dumetis nemoribusque valde communis. Jun. Jul. Fr.

corylifolius Smith 987. R. frutex pedalis altiorque, decumbenti-erectiusculus, teretiusculus, villoso hispidus; fol. alternis, longe petiolatis, plerumque ternatis, lateralibus, subpetiolatis, utrinque pilosis, costis aculeis rectis armatis, caeterum elliptico-ovatis, subtriplicato-serratis, margine pilis distinctis, distantibusque obsitis, petiolis hispido-aculeatis; florb. terminalibus in racemum paniculatum, pedicellatumque dispositis; calycibus fructus inflexis, intus albo-villosis, extus glanduloso-hispidis, acinis maturis nigris. *Smidel ic.* t. 2. *E. B.* t. 827. *H. Arz. B.* 3. 11. t. 11. *R. fruticosus R.* et *A.* t. 84.

Hazel-leav'd Black-Berry-bush. A. *La Bonce à feuilles de noisettier*. G. *Haselstrauchblättriger Brombeerstrauch*. G. *Magyoróleveln Szederj*; H.

In rupibus umbrosis v. c. in sede Háromszék ibidem in ruinis arcis *Balvanyos* et in dumetis nemoribusque frequens. Jul. Aug. Fr.

** HERBACEAE.

saxatilis L. 988. R. caulibus simpliciusculis, cubitalibus, erectis, angulosis, basi sublignosis, superne herbaceis, pilosis, subaculeatis; sarmentis sesquipedalibus reptantibus, hispidis; fol. alternis ternatis, subovatis, obliquis, inaequaliter grosseque dentato-serratis, utrinque glabris, margine hirsutis; stipulis lanceolatis; florb. in corymbum 3-vel 6 phyllum, pedicellatumque dispositis, albis; calycinis laciniis ovato-lanceolatis; acinis maturis saturate coccineis. *Bieb.* C. n. 987. *W. Carp.* n. 500. *Fl. D.* t. 134. *R.* et *A.* t. 19. Rub. saxatilis alpinus. *Cl. Pann.* p. 116.

Stone Bramble-bush. A. *Le Fromboisier des rochers.* G. *Felsen-s. Steinhimbeere*; *scharlachfarbige Bocksbeere.* G. *Köszáli* v. *Leánνka mágla.* H.

In rupibus subalpinis versus montem *Hargita*; in Distr. Barcensi in M. *Thetzla*, *Csukás* et *Butschetsch*, Maj. — Julj. P.

CCLXXIV. TORMENTILLA *Willd.* L. G. 1001. *Tormentil.* Ang. *La Tormentille.* Gall. *Tormentill.* Germ. *Tormentilla.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* inferus, 8-fidus; laciniis alternis brevioribus. *Cor.* 4-petala. *Sem.* subrotunda, nuda, rugosa, receptaculo exsucco adfixa.

erecta. L. 989. T. caule palmari pedalive, decumbenti-erectiusculo, tereti, pubescente, superne dichotomo; fol. alternis, *radical.* et *caul. infimis* longius petiolatis basi stipulatis, 5 natis; *superiorb* sessilibus, stipulatis, 3-natis; foliolis cuneiformi-lanceolatis, serratis; stipulis infimis divisis, summis integerrimis; florb. terminalibus, pedunculatis, pedunc. filiformibus, erectis, villosulis; corollis luteis, ungue fulvis. *Fl. D.* t. 589. *C. L.* 5. t. 35. *E. B.* t. 863.

Wild, or *Upright Tormentil.* A. *La Tormentille étroite*, ou *ordinaire.* G. *Aufrechtstehende Tormentil*; *Blut-Heil-s. Ruhrwurzel.* G. *Tormentilla*; *Kinagyökér*; *Vérgyökér*; *Vad kinafü*; *Vérfü.* H. *La Tormentilla dritta.* I. *Szclipetz.* V.

In nemoribus, pascuis, pomariis, pratis versurisque valde vulgaris. Maj. — Aug. P.

CCLXXV. FRAGARIA. L. G. 865. *Straw-berry.* Angl. *Le Fraisier.* Gall. *Erdbeere.* Germ. *Eperj.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* inferus, 10-fidus; laciniis alternis angustioribus. *Cor.* 5-petala. *Styli* lateri germinum inserta. *Rec.* baccatum, succulentum, deciduum, *Sem.* receptaculo adfixa, minuta, numerosa.

Vesca L. 990. Fr. flagellis longis reptantibus radicantibusque; caule digitali palmarique erecto, simplici, superne diviso, tereti, piloso; fol. lon-

ge petiolatis, ternatis, utrinque pubescentibus, foliolis ovalibus, obtusis, serratis, serratura extima proximis longiore, villis petiolorum patentissimis, pedunculorum adpressis, calyce extus villoso, fructifero reflexo; fructu sanguineo, succulento. *Blw.* t. 77. *Schkh.* t. 135. *W. Carp.* n. 501. *Potentilla vesca Scop.*

Common or *Wild Straw-Berry.* A. *Le Fraisier commun*, ou *sauvage* G. *Wilde Erdbeere.* G. *Közönséges Szamótza.* v. *Eperj.* H. *La Fraga*, o *Fragola comune.* I. *Frâge.* V.

In pascuis, pomariis, pratis sterilioribus et nemoralibus ubique vulgaris. Maj. — Jul. P.

collina Ehrh. 991. Fr. caule digitali erecto, graciliore, piloso; fol. acute serratis, serratura extima proximis breviore, utrinque pubescentibus, pubescentia petiolorum patentissima, pedunculorum erecta, calyce fructus erecto. *Ehr. Beitr.* 7. p. 26. *Bieb.* n. 989. *W. Carp.* n. 502. *Gm. Sib.* III. p. 180. n. 24.

Colline Straw-Berry. A. *Le Fraisier des collines.* G. *Hügel- s. Gras-Erdbeere.* G. *Földi eperj.*

In collibus pratensibus, aridis et juxta nemorum sylvarumque margines frequens. Maj. Jun. P.

CCLXXVI. POTENTILLA. L. G. 866. *Cinque-Foil.* Angl. *La Quinte-Feuille* ou *Potentille.* Gall. *Fingerkraut.* Germ. *Ötujjfü.* v. *Pimpó. Hung.*

Ch. Gen. *Cal.* inferus 10-fidus; laciniis alternis angustioribus, minoribus, reflexis. *Cor.* 5-petala. *Recept.* exsuccum, parvum, spongiosum. *Sem.* numerosa, nuda, rugosa, receptaculo adfixa.

* FOLIIS PINNATIS.

anserina. L. 992. P. caule repente, pedali, filiformi, geniculato, pubescente; fol. in petiolum desinentibus, interrupte imparique pinnatis serratis, subtus sericeo-villosis; stipulis ovatis, acutis, integris; pedunculis solitariis, unifloris, longis,

villosis, corolla lutea. *Fl. D.* t. 544. *C. L.* 3. t. 31. *E. B.* t. 861. *Bess.* n. 604. *W. Carp.* n. 503.
Silvery Cinquefoil; Silvers-weed Moor-grass; Wild Tansey Argentine; Goose-Tansey; Goose-Grass. A. *L'Argentine Aigremoine; L' Aigremoine sauvage.* G. *Gaenserich; Gaensekraut; wilder Reinfarn; Silberblatt.* G. *Lud pimpó; Lúdpazsit; Pipifü; Vad varadits; Fejer v. Ezüstös hátúfü* H. *La Potentilla, o Argentina.* I. *Scrinlituare.* V.
In pascuis sterilioribus, plateis, versuris viisque sabulosis et ad sepes marginesque fossarum ac rivulorum ubique. Maj. — Jul. P.
rupestris L. 993. P. caule pedali altioreque, erecto, tereti, pubescente, superne rubro, dichotomo; fol. *radical. infimis*que petiolatis, imparipinnatis, 7-nis, *caul. mediis* 5-nis; *rameis* 3-natis, subsessilibus; foliolis brevissime petiolatis, ovatis, obtusis, serratis, pilosis; stipulis lanceolatis; floribus terminalibus, longe pedunculatis; pedunculis unifloris, erectis villosis; calyce et receptaculo piloso. *J. A.* t. 114. Quinquefol. V. *Cl. h.* II. p. CVII. *Ej. Pann.* p. 431. ic. (bona).
Rock-Cinquefoil. A. *La Quinte-Feuille des rochers.* G. *Felsenliebendes Fünffingerkraut.* G. *Köszáli pimpó.* H. *La Potentilla di rupe.* I.
In rupestribus umbrosis juxta Brassó nempe *Kapellenberg* et prope A. Rákos ibidem in M. *Tepéj.* Maj. Jun. P.
supina L. 994 P. caule decumbente, dichotomo, pedali, pubescente, ramis adscendentibus; fol. *radical.* et *inferiorb.* alternis petiolatis, imparipinnatis, *rameis* suboppositis, subpetiolatis ternatis; foliolis decurrentibus, oblongis, profunde dentatis, stipulis ovatis, acutis; pedunculis axillaribus, 1-floris, filiformibus, pubescentibus; *florif.* erectis, *fructif.* pendulis, corollis parvis flavis. *J. A.* t. 406. *Gm. it.* I. p. 149. t. 27. f. 2. *Bieb.* I. n. 995. *Bess. n.* 605. *W. Carp.* n. 504. Pentaphyll. supinum quorundam facie potentillae *Cl. h.* II. p. 107. et *Ej Pann.* p. 433. (s. fig.)

Supine Cinquefoil. A. *La Quinte-Feuille couchée*. G. *Gestrecktes Fünffingerkraut*. G. *Henye pimpó*. H. *La Potentilla supina*. I.
Ad hortorum sepes et in umbrosis humidis inundatisque copiose. Jun. — Aug. P.

** FOLIIS DIGITATIS.

recta L. 995. P. caule pedali, stricto, tereti, villoso, sanguineo, superne ramoso-dichotomo; foliis *radicalb. caulinisque inferiorb.* longe petiolatis 5- vel 7-natis, foliolis sessilibus oblongo-lanceolatis, basi angustioribus, aequaliter grosseque dentato-serratis; *rameis* sessilibus, suboppositis, trifido-lanceolatis; petiolis longe pilosis, stipulis basi vaginatis, laciniatis; florb. terminalibus paniculato-corymbosis, calycibus corolla sulphureo-lutea brevioribus, piloso-hirsutis. *J. A.* t. 383. *Bess.* n. 606. *W. Carp.* n. 505.
Yellow Upright-Cinque-foil. A. *La Quinte-Feuille étroite*. G. *Aufrechtstehendes Fünffingerkraut*. G. *Egyenes pimpó*. H. *La Pot. dritta*. I.
In pomariis elatioribus vineisque, item in pratis montosis et sterilibus prope Segesvár, N. Bunn; Kőhalom etc. in muris vetustis et ad sepes juxta Ujegyháza, Brassó etc. alibique frequens. Maj. — Jul. P.
pilosa Willd. 996. P. caule subbreviore, erecto, e viridi flavescente, tereti, pilis longis vestito, superne ramoso; fol. *radical.* et *caul. inferiorib.* 5-natis, *rameis summis* brevissime petiolatis, alternis oppositisque, 3-natis, foliolis cuneiformi-oblongo-lanceolatis, aequaliter profunde dentatis, utrinque pilosis; florb. terminalibus, paniculato-corymbosis, pedunculis cumque calyce longis densisque pilis obductis, petalis e flavo-luteis, calyce paullo brevioribus. *P. hirta. A. Ped.* t. 71.
Hairy Cinque-foil. A. *La Quinte-Feuille capil-*

laire. G. *Haariges Fünff.* G. *Hajos pimpó.* H. *La Potent. pelosa.* I.

In montosis sterilioribus juxta Segesvár ibidem *am Gelbenberg* et ad nemorum margines versus *Attilasloch*, etc. Maj. Jun. P.

intermedia L. 997. P. caule cubitali, erectiusculo, ramosissimo, villoso; fol. *radical.* petiolatis; *caul.* alternis breviter petiolatis, 5-natis; *rameis* sessilibus, 3-natis, subalternis, foliolis, obovato-cuneiformibus, obtusis, hirsutis, serraturis 9 exaratis, serratura extima terminalibus longiore; florb. corymboso-dichotomis, luteis, corollis calyce paullo majoribus. *Willd.* 2. p. 1101. *W. Carp.* n. 506.

La Quinte-Feuille intermediaire. G. *Mittleres Fünffingerkraut.* G. *Buglyos pimpó.* H. *La Potent. media.* I.

In nemoribus montosis siccis pratensibusque post Köhalom et A. Rákos. Jun. Aug. P.

adscendens Waldst. 998. P. caulibus procumbenti-erectis, angulato sulcatis, piloso-hirsutis, basi sanguineis, superne ramoso-dichotomis; fol. *radical.* longissime petiolatis, 7-natis, basi stipulatis, *caul.* alternis, *inferiorb.* petiolatis 5-natis; *summis* brevissime petiolatis, 3-natis simplicibusque, petiolis canaliculatis, pilis niveis patentibus vestitis, stipulis infimis lanceolatis, lineari-acutis, superioribus ovato-lanceolatis; foliolis omnibus oblongo-ovato-cuneiformibus, inaequaliter grosseque dentatis, ciliatis, denticulis mucrone setaceo terminatis; foliolis rameis cuneiformi-oblongis, apice obtuse 3-dentatis; florb. terminalibus dichotomis, pedunculatis, plerumque altero pedunculo breviore; calycibus hirsutis, corollis e flavo-aureis brevioribus. *W.* et *K. Mspt.* Willd. *En.* I. p. 554.

La Quinte-Feuille polyphylle. G. *Vielblättriges Fünffingerkraut.* G. *Soklevelü pimpó.* H.

In montib. calcareis umbrosisque post A. Rákos ibidem in M. *Tepéj.* et *Ürmös Tepéj*; item in ta-

libus locis prope *Almás - Höhle* ad S. Udvárhely etc. Maj. Jun. P.

argentea. L. 999. P. caule palmari cubitalive adscendenti - erecto, firmo, tereti, tomentoso, ex albido - sanguineo, superne ramoso - dichotomo; fol. radicalb. in orbem digestis, *caul. inferiorb.* longe petiolatis, *superiorib.* sessilibus, omnibus basi stipula integra suffultis, 5 - natis, *summis* 3 - natis, foliolis sessilibus, exacte cuneiformibus, profunde - dentatis, apice 3 - dentatis, *floralb.* solummodo 3 - dentatis, caeterum supra viridibus villosulis, subtus albo - tomentosis; florb. terminalibus corymboso - paniculatis, luteis, calycibus ex argenteo - tomentosis corolla brevioribus. *Fl. D.* t. 865. *E. B.* t. 89. *Fragaria. Crantz.* Quinquef. petraeum majus *Tab. Kr.* p. 353.

Silvery Cinque - foil. A. *La Quinte - Feuille argentée.* G. *Silberweisses Fünffingerkraut*; *Falscher Gaenserich.* G. *Ezüstszinü pimpó.* H. *La Pot. spuria.* I.

Ad vias agrorumque margines, item in collibus, pascuis, pomariis, nemoribus montosis atque versuris frequens. Maj. Jul. P.

neglecta. 1000. P. caule palmari, subdeclinato - erecto, tereti, magis tomentoso; fol 5 - natis, foliol. oblongiusculis, pectinatim inciso - serratis, serraturis valde remotis, raris, caeterum utrinque albo - villoso - tomentosis, stipulis pinnatifidis; florb. terminalibus, cymoso - paniculatis. *P. impolita W. Carp.* n. 507. *P. argentea* et *norvegica Geners.*

Verkanntes Fünffing. G.

In collibus lapidoso - arenosis siccisque prope Köhalom ibidem versus Arcem à me visa, deinde juxta pagum Hevíz. *Ill Comes Joh. Haller de Hallerstein* exemplaria nonnulla legit mihique benigniter misit. Jun. Jul. P.

ANNOTT. Istam plantam, usque ad novissima tempora a perplurimis botanicis pro *P. argentea*, cui proxime accedit, habitam, ante Wahlen-

bergium Henr. Schott primum rite distinxit et observata sua laudato Perscrutatori historiae physico-naturalis bona fide aperuit.

hirta. L. 1001. P. caulibus adscendenti-erectis, teretibus, filiformibus, e rufo-sanguineis, dense pilosis, ramoso-dichotomis, fol. *radical.* in orbem dispositis 7-vel 9-venis, longe petiolatis, stipulae dilatatae insidentibus, foliolis lineari-cuneiformibus, inaequaliter dentatis, apice latioribus tridentatis; *caulinis* breviter petiolatis, alternis 5-natis, angustioribus; *rameis summis* sessilibus 3-fidis, apicem versus 3-vel 5-dentatis, nitide viridibus pilosis, stipulis ovato-lanceolatis, pilosis; pedunculis dichotomis, filiformibus, unifloris, erecto-pendulis, piloso sericeis, calycibus corolla pallide sulphurea multo brevioribus pilosis.

Hairy Cinque-foil. A. *La Quinte-Feuille velue.* G. *Rauhhaariges Fünff.* G. *Borzos pimpó.* H. *La Pot. irsuta.* I.

In elatioribus arenosis juxta Ujégyháza ibidem *in dem neuen Garten*; in montosis prope Oltzinna, Segesvár; Kőhalom etc. Apr. Jun. P.

opaca L. 1002. P. caulibus decumbenti-adsendentibus, in cespitem digestis, filiformibus, hirsutis, sanguineis; fol. *radical* longe petiolatis 7-vel 9-venis; *caulinis* plerumque 5-natis brevius petiolatis, alternis, *rameis* suboppositis 3-natis, foliolis omnibus lanceolato-cuneiformibus obtusis, inciso-serratis, utrinque hirsutis, subtus sericeis, margine ciliatis; florb. axillaribus terminalibusque paniculatis; pedunculis filiformibus, saturate sanguineis, inaequalibus, unifloris, calycibus dense pilosis, petalis aureis, macula fusca ad unguem notatis, obtusis, emarginatis, calyce paullo majoribus. *J. rar.* t. 91. *Bieb.* I. n. 1002. *W. Carp.* n. 508. *Fragaria rubens. Crantz.* Quinquef. III. Sp. 2. *Cl. h.* II. p. CVI. *Kj. Pann.* p. 418.

Small-rough Cinque-foil. A. *La Quinte-Feuille ombreuse.* G. *Schattenliebendes Fünff.* G. *Tzérnás pimpó.* H. *La Pot. ombrosa.* I.

In nemoribus umbrosis, vineisque ad Segesvár; item ad nemorum margines prope Kőhalom, Brasso etc. frequens. Maj. Jul. P.

incana Fl. Wett. 1003. P. caulibus cespitosis, decumbenti-adscendentibus, teretibus, sanguineis, incano-villosis, filiformibus, digitalibus; fol. e viridi incanis, subtus albo-pubescentibus, margine ciliatis; *radicalb.* longius petiolatis, 5-natis, *caul. inferiorb.* minoribus 3-natis, *rameis* simplicibus, cuneiformi-ovatis, apice tridentatis, foliolis reliquis obovato-cuneiformibus, obtuse dentatis; florb. terminalibus, dichotomis, pedunculatis, pedunculis filiformibus, piloso-incanis, calyce subvilloso, ciliato; petalis calyce duplo majoribus, pallide flavis, subemarginato-crenulatis. P. *opaca* Poll. P. *arenaria Borckh.*

La Quinte-Feuille poudreuse. G. *Bestäubtes Fünff.* G. *Hamvas pimpó.* H. *La Pot. coperta.* I.

In montb. calcareis v. c. in Cott. Hunyadensi, ibidem in rupibuus calcareis ad pagum Kożolya pertinentibus; porro in Cott. Alb. Superiore post A. Rákos ibidem in *M. Tepéj.* frequens etc. Maj. Jun. P.

verna. L. 1004. P. caulibus bipollicaribus semipalmaribusque, decumbentibus, villosis, superne ramosis; fol. *radical.* 5-vel 7-natis; *caul.* alternis 5-vel 3-natis; *rameis* 3-natis, superne viridibus, leviter pubescentibus, subtus albido-villosis, foliolis obovato-cuneiformibus, superne retuse dentatis; pedunculis tomentosis, unifloris, calyce villoso, petalis obcordatis, calyce duplo majoribus, luteis, basi macula fusca notatis. *E. B.* t. 37. *A. Ped.* t. 24. f. 2. *W. Carp.* n. 509. *Fragaria Cr. Austr.* p. 74. n. 6. t. 1. f. 1. Quinquef. IV. sp. 1. *Cl. Pann.* p. 429. *ic. Ej.* h. II. p. CVI. ic.

Spring Cinque-Foil. A. *La Quinte-Feuille printanière.* G. *Frühlings Fünff.* G. *Tavaszi pimpó.* H. *La Pot. primaticcia.* I.

In collinis siccis, pascuis arenoso-sabulosis aridisque vulgatissime. Mart. Octbr. P.

aurea. L. 1005. P. caule pollicari palmarive, subeerecto, tereti, villoso, superne diviso, paucifloro; fol. *radical.* petiolatis 5-natis; *caul.* sessilibus 3 natis, omnibus supra laete viridibus, pilosis, subtus piloso-incanis; foliolis lanceolato-cuneiformibus, apice 3-vel 5-dentatis, margine sericeo-ciliatis; florb. solitariis, aut binis, pedunculatis; pedunculis 1-floris, filiformibus, villosis, petalis aureis, passim croceis, ungue maculatis, calyce villoso triplo majoribus. *Fl. D.* t. 114. *E. B.* t. 561. *W. Carp.* n. 511. Quinquef. III. aureo flore. *Cl.* h. II. p. CV. *Ej. Pann.* p. 427. ic.

Gold Cinque-foil. A. *La Quinte-Feuille dorée.* G. *Goldfarbiges Fünff.* G. *Aranyszínű pimpó.* H. *La Pot. dorata.* I.

In pascuis subalpinis versus Suruluj; Lutzuluj; Piâtra Mare; Bucesc etc. Jul. Aug. P.

alba. L. 1006. P. caulibus procumbentibus, erectiusculis, filiformibus, albo-tomentosis, superne divisis; fol. *radical.* in orbem digestis, longe petiolatis, 5-natis, supra laete viridibus, pubescentibus, subtus albo-sericeis, foliolis oblongo-lanceolatis, obtusis, integris, apice tantum serratis, serraturis conniventibus, *caulinis* 3-natis, *summis* simplicibus, stipulis lanceolatis, mucronatis, albo-ciliatis; pedunculis filiformibus, 1-floris, ex albido-tomentosis, floriferis erectis, fructiferis pendulis; petalis subrotundo-cordatis, emarginatis, calyce majoribus; receptaculo hirsutissimo. *I. A.* t. 115. *E. B.* t. 1384. *W. Carp.* n. 512. Pentaph. majus flor. albo. *Cl. h.* II. p. CV. Pentaph. I. Ej. *Pann.* p. 423. et 424 ic.

White Cinque-foil. A. *La Quinte-Feuille blanche.* G. *Weisses Fünff.* G. *Fejér pimpó.* H. *La Pot. bianca.* I.

In nemoribus elatioribus, pratis montosis pomariisque fere ubique. Maj. Jun. P.

caulescens Jacq. 1007. P. caulibus semipalmaribus, decumbenti-adscendentibus, teretibus, pilosis, superne ramosis, multifloris; foliis utrinque pilosis *radical.* in cespitem collectis, petiolatis, 5-natis; foliolis cuneiformibus apice conniventi-dentatis; *caul. inferior.* petiolatis 3-natis, apice 3 v. 4 dentatis; *rameis* alternis oppositisque simplicibus, ovato lanceolatis, acuminatis, stipulis lanceolato-acuminatis; floribus in corymbum laxum digestis; pedunculis villosis, petalis obovatis, emarginatis, albis, calycem aequantibus, receptaculo hirsuto. *J. A.* t. 220.

Vielstieliges Fünff. G. *Sátorozó pimpó.* H.

In alpibus rupestribus scil. inter rupium fissuras praeprimis la Wârfulo Bucesc. Jul. Aug. P.

Clusiana Jacq. 1008. P. caulibus pollicaribus digitalibusve, decumbentibus, superne ramosis, multifloris; foliis *radical.* 5-natis, apice conniventi 3-dentatis; *caulin.* alternis 3-natis, angustioribus; florb. corymbosis, 10-floris; calyce hirsuto, e purpureo-rubro, petalis albis, subrotundis, receptaculo hirsuto. *J. A.* t. 116. Quinquefol. II. *Cl. h.* II. p. CV. *Ej. Pann.* p. 325. ic.

La Quinte-Feuille de Mr. Clusie. G. *Clusisches Fünff.* G. *Klusius füve pimpó.* H.

In alpibus rupestribus Fagarasiensibus nempe ad pagos A. Vist et Dreguts pertinentibus, Jul. Aug. P.

reptans. L. 1009. P. caulibus reptantibus, filiformibus, geniculatis, ramosis; fol. petiolatis, 5-natis; foliolis obovatis, cuneiformibus, serratis, rugosis, pubescentibus, utrinque laete viridibus, stipulis ovali-oblongis, acutiusculis; pedunculis axillaribus, 1-floris, capillaribus, foliis longioribus; corollis luteis calyce duplo longioribus. *Fl. D.* t. 1164. *C. L.* 1. t. 37. *E. B.* t. 862. *W. Carp.* n. 513.

Creeping Cinque-foil, or *Fin-leav'd-grass.* A *La Quinte-Feuille rampante.* G. *Kriechendes Fünff.*

Fünf-s. Handblatt. G. *Folyó pimpó*; *Aranyal versenyős* ab incolis ad Köhalom. H. *Il Cinquefoglio strisciante.* I. *Tsindtoh Dedshetje*; *Ottju bojuluj* ad Kőhalom. V.

In campis, collinis, pascuis pomariisque et ad vias, sepes agrorumque margines etc. vulgatissime. Jun. Aug. P.

*** FOLIIS TERNATIS.

grandiflora Gmel. 1010. P. caulibus procumbenti-adscendentibus, teretibus, pilosis, superne dichotomis; fol. petiolatis, stipulatis, ternatis, foliolis cuneiformi-ovatis, inaequaliter dentatis, basi integris; rameis *summis* 3-fidis vel simplicibus, omnibus utrinque venis atris lineatis, concoloribus, sericeis, petalis luteis calyce duplo majoribus. *Bieb.* I. n. 1006. *Gm.* III. t. 35. f. 1. 2.

Great Flowering Cinque-foil. A. *La Quinte Feuille à grandes fleures.* G. *Grosblüthiges Fünf.* G. *Nagy virágú pimpó.* H. *La Pot. di fiori maggiori.* I.

In alpibus Cibiniensibus scil. Wârfulo Suruluj; Moashi; Dialuj, et Stirpuluj; Barcensibus Thetzla, Piroska, Csukás, Piatrâ Mare, *Schülergebirge* et Bucesc.; in S. Udvárhely ibidem in M. *Hargita*; in Rodnensibus quidem Omuluj, Jetziluj et Dscheammeanie etc. copiose. Jun. Aug. P.

prostrata Moench. 1011. P. caule pusillo, prostrato, filiformi, hirsuto-villoso; fol. radical. petiolatis 3natis; foliolis sessilibus, obovatis, obtusis, grosso-dentato-serratis, utrinque sericeis, stipulis lanceolatis, iutegris; florb. terminalibus, solitariis, pedunculatis; calyce pilosissimo; petalis niveis, integris, receptaculo persistente exsucco. *Fragaria sterilis.* L. *C. L.* 3. t. 30. *Comarum Fragaroides Roth.*

Barren Cinque-Foil, or *Straw Berry.* A. *La Quinte-Feuille sterile*; *Le Fraisier sterile.* G. *Niederliegendes Fünff-*; *Erdbeerblättriges Siebenfinger-*

kraut. G. *Meddö pimpó.* H. *Il Cinque foglio di foglie della fragaria.* I.

In montibus sterilioribus juxta Déva, Dobra et Máros Némethi etc. Apr. Maj. P.

CCLXXVII. GEUM L. G. 867. *Avens*, or *Bénet.* Angl. *La Benoite.* Gall. *Benedictenkraut*, *Garaffel.* Germ. *Nyúlszemfü.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* inferus 10-fidus, laciniis alternis minoribus, acutis. *Cor.* 5-petala. *Sem.* stylo longo geniculata aristata. *Recept.* columnare.

urbanum, L. 1012. G. caule bipedali, erecto, anguloso, villoso, superne diviso, fol. *radicalb.* lyrato-pinnatis, *caul.* 3-natis, petiolatis, basi stipulis amplexicaulibus, sessilibus, rotundatis, inciso-dentatis suffultis, foliolis cuneiformi-ovatis, inciso-dentátis, terminali reliquis longiore latioreque; pedunculis terminalibus, longis, villosis, 1-floris; florb. erectis, luteis; receptaculo ovato, semnb. aristatis, aristis longis, uncinatis, nudis. *C. L.* 2. t. 36. *Fl. D.* 672. *W. Carp.* n. 515. *Caryophyllata urbana* Scop.

Common Avens; *Herb Bénet.* A. *La Benoite commune*, ou *ordinaire*; *La Galiote*, ou *Récise.* G. *Gemeines Benedictenkraut*; *gebräuchliche Nelkenwurz*; *Benedictenwurz*; *Märzwurz*; *Hasenauge*; *Garaffelkraut*; *Heil aller Welt.* G. *Patikai nyúlsz mfü*; *Erdei szegfü*; *Gyömbéres gyökér*; *Szekfüzagú gyökér*; *Sz. Benedekfüve*; *Vad szégfü.* H. *La Gariofilata comune.* I. *Cerentses.* V.

In dumetis, hortis, pomariis, nemoribus sepibusque vulgare. Maj. — Jul. P.

intermedium Ehrh. 1013. G. caule pedali, erecto, tereti, villoso-hirsuto, superne ramoso; fol. *radical.* in petiolum longum desinentibus, basi stipulatis, interrupte pinnatis, inciso-dentatis, *terminali* maximo obtuse cordato 3-lobo, duplicato-dentato; *caulinis* sparsis, alternis, brevioribus, 3-natis, foliolis lateralibus cuneiformi-ovatis, inciso-dentatis; terminali obcordato-cuneiformi, 3-lobo, inciso-dentato; *rameis* 3-na-

tis, foliolis oblongo-lanceolatis, profunde dentatis, omnibus utrinque hirsutis, subtus piloso-incanis; florb. pedunculatis, subnutantibus; calycibus fructiferis reflexis; petalis luteis, aristis seminum uncinatis pilosis. *Ehrh. Beitr.* 6. p. 143.
La Benoite intermediaire. G. *Mittleres Benedictenkraut.* G. *Buglyos nyúlszemfü.* H. *La Gar-media.* I.
In nemoribus montosis ad Segesvár scil. *im Siechenwald*; in Sede Udvárhely in Sylvis ad Lővéte et *Hargita* pertinentibus; in S. Csik post pagum Tusnad; in Cott. Alb. superiore ibidem in M. *Tepéj* et *Ürmös Tepéj* etc. frequens, et in sylvis ad Brassó, Besztertze et Rodna etc. haud infrequens. Jun. Jul. P.

rivale L. 1014. G. caule pedali altioreque, erecto tereti, piloso; fol. *radicalb.* lyrato-pinnatis, foliolis lateralibus ovatis, sessilibus, inciso duplicato-dentatis, brevissimis; pinnulis alternis dentatis interjectis, terminali maximo, 3-lobo, duplicato-dentato; *cául.* alternis, brevioribus, simplicibus 3-fidis, stipulaceis, stipulis ovato-lanceolatis, inciso-dentatis; florb. nutantibus, cupreo-fuscis, striis purpureis notatis, calycibus inflatis, hirsutis; petalis persistentibus calycem aequantibus ex albo-dilute rubris; aristis seminum longis, uncinatis, tortis, plumosis. *Fl. D.* t. 722. *E. B.* t. 106. *W. Carp.* 516. Caryophyllata montana. I. *Cl. Pann.* p. 434. ic. *Ej.* h. II. p. CIV ic.
hybridum β. G. floribus nutantibus, calyce folioso corollam dodecapetalam excedente. *J. rar.* t. 94. *Anemone dodecaphylla. Kr. Sil. t.* 20.
Water Avens. A. *La Benoite aquatique.* G. *Wasser s. Wiesen Garaffel. Bergbenediktenkraut.* G. *Vízi nyúlszemfü.* H. *La Gar. acquosa.* I.
In pratis humidiusculis nemorosisque depressis alpinisque ubique β) ad rivulos alpestres passim. Maj. — Jul. P.

montanum L. 1015. G. caule palmari pedalive, erectiusculo, tereti, sulcato, hirsuto, simplici; fol. *radicalb.* plurimis in petiolum canaliculatum;

basi membranaceum villosumque desinentibus, abrupte lyrato-pinnatis, hirsutis, terminali foliolo maximo, cordato-ovato-lobato, inaequaliter dentato, reliquis sensim minoribus, oppositis, semiamplexicaulibus, dentatis, interjectis minimis obtuse ovatis, dentatis; *caul.* sessilibus, alternis, 3-nato-3-fidis, laciniis profunde dentatis, lateralibus bifidis, media 3-dentata; pedunculo terminali, villoso, 1-floro; calycinis laciniis patentibus, villosis; petalis e flavo-sulphureis, receptaculo villoso, pedicellato; aristis seminum rectis, longe caudatis, plumosis. *J. A.* t. 373. *W. Carp.* n. 517. Caryoph. montana II. *Cl. Pann.* p. 436. ic. *Ej. h.* II. p. CIII. ic.

Mountain Avens. A. *La Benoite des montagnes.* G. *Gebürgs Benedictenkraut.* G. *Hegyi nyúlszemfü.* H. *La Gar. montana.* I.

In subalpinis alpinisque fere ubique, in M. *Hargita*; la Wârfulo Surulu; Gaure de Lotri; Lutzuluj; Thetzla; Csukas; Piroska; *Schülergebürge*, Piatrâ Mare; Bucesc; Omuluj; Jetziluj; Rotunda; Dscheammeanie etc. Jun. Sept. P.

reptans L. 1016. G. flagellis reptantibus, radicantibus, foliosis; caulibus digitalibus altioribusque, erectiusculis, teretibus, pilosis; fol. *radicalb.* pinnatis, in petiolum brevem membranaceum canaliculatumque desinentibus, foliolis oppositis sessilibus, inciso-trilobis, lobis ovato-cordatis, apice 3-dentatis, *caul.* alternis, binis, amplexicaulibus, pinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis, terminali reliquis longiore, omnibus laete viridibus, piloso-villosis: flore terminali, solitario, pedunculato, specioso, magno, luteo, calyce extus villoso, corolla octopetala, petalis obovatis, subemarginatis, calyce duplo majoribus, aristis seminum rectis, caudatis, villosis. *J. A.* t. 22. *W. Carp.* n. 518.

Creeping Avens. A. *La Benoite rampante.* G. *Kriechendes Benedictenkraut.* G. *Terjedö nyúlszemfü.* H. *La Gariofilata strisciante.* I.

In alpibus Barcensibus petrosisque scil. in summo jugo Butschetsch copiose. Jul Aug. P.

CCLXXVIII. DRYAS L. G. 868. *Dryas*. Angl. *Dryade*. Gall. et Germ. *Magtsákó*. Hung.

Ch. Gen. *Cal.* persistens, 8- vel 10-fidus, aequalis. *Cor.* 5- vel 8-petala, patens. *Sem.* longa, caudata, plumosa.

octopetala L. 1017. D. caule pumilo, prostrato, cortice e bruneo rubro obducto, lignoso, ramoso; fol. in orbem digestis, petiolatis, oblongo-ovatis, profunde dentatis, supra glabris, saturate viridibus, rugoso-venosis, subtus niveo-tomentosis, petiolis villis canis vestitis; pedunculo digitali, erecto, 1-floro, albo-villoso, infra medium bractea lineari-acuta aucto; calycinis laciniis plerumque 8, villosis, petalis 8 ovalibus, subcrenulatis, niveis; aristis seminum longe caudatis, plumosis, niveis. *Fl. D.* t. 31. *Trtt. Fl. h.* 4. n. 34. *W. Carp.* n. 519 *Geum chamaedryfolium* Crantz. Chamaedrys III. alpina cisti flore. *Cl. Pann.* p. 611. (ic. bona). *Ej. hist.* I. p. 351.

Mountain Dryas. A. *La Dryade des Alpes*. G. *Alpen Dryade*. G. *Havasi magtsákó*. H. *La Driade alpestre*. I.

In alpibus summis Fagarasiensibus nempe ad pagos Dreguts atque Brásza pertinentibus; item in Barcensibus scil. Piroska; Wârfulo Piatrâ Mare et Butschetsch. Jul. Aug. P.

CCLXXIX. COMARUM L G. 869. *Sept-foil*. Angl. *Le Comaret*. Gall. *Siebenfingerkraut*. Germ. *Komorka*. Hung.

Ch. gen. *Cal.* persistens, 10-fidus, inferus, coloratus, laciniis alternis brevioribus. *Cor.* 5-petala, calyce brevior. *Sem.* glabra receptaculo persistente, ovato, spongioso, nudo glabroque adfixa.

palustre. L. 1018. C. caule pedali, basi repente radicanteque, erecto, inferne purpurascente, superne e viridi pubescente ramosoque; fol. alternis, *inferiorb.* petiolatis pinnatis, foliolis 5-natis,

approximatis, subsessilibus, ovali-lanceolatis, acute serratis; *floralb.* 3-natis simplicibusque, omnibus supra glabris, subtus incano-pubescentibus, stipulis inferioribus lanceolatis, reliquis ovato-lanceolatis; florb. axillaribus terminalibusque pedunculatis; pedunc. solitariis, 1-floris, erectis, pubescentibus, calyce 10-vel 12 fido, purpureo, villoso, petalis 5, passim 6, lanceolatis, acutis, atro-purpureis, margine villosis. *E. B.* t. 172. *Fl. D.* t. 636. *Fragaria palustris. Grantz. Potentilla. Scop.*

Marsh Sept-foil; *Purple Marshloeks.* A. *Le Camaret des marais*, ou *la Potentille rouge.* G. *Sumpfiges Siebenfingerkraut*; *Blutauge*; *Rothfinger-kraut.* G. *Motsári Komorka.* H. *Il Cinquefoglio paludoso.* I.

In pratis spongioso-humidis juxta Zeben ibidem versus Fenyöfalva; in uliginosis prope Ujégyháza; in piscinis neglectis ad Szasz-Segesd; in Turfosis ad Lövéte et Olahfalu et in S. Csik infer. ibidem in locis *Kukujszás* etc. Maj. Jun. P.

CLASSIS XII.
POLYANDRIA.

CONSPECTUS GENERUM.

Ordo I. MONOGYNIA.

A. Flores Hermaphroditi.

CCLXXX. ACTAEA.
CCLXXXI. CHELIDONIUM.
CCLXXXII. GLAUCIUM.
CCLXXXIII. PAPAVER.
CCLXXXIV. HELIANTHEMUM.
CCLXXXV. TILIA.
CCLXXXVI. NYMPHAEA.

B. Flores Androgyni.

CCLXXXVII. CERATOPHYLLUM.
CCLXXXVIII. MYRIOPHYLLUM.

Ordo II. DIGYNIA.

A. Flores Hermophroditi.

CCLXXXIX. PAEONIA.

B. Flores mixti.

CCXC. POTERIUM.

Ordo III. TRIGYNIA.

CCXCI. DELPHINIUM.
CCXCII. ACONITUM.

Ordo IV. Tetragynia.

CCXCIII. CIMICIFUGA.

Ordo V. Pentagynia.

CCXCIV. AQUILEGIA. CCXCV. NIGELLA.

Ordo VI. Polygynia.

A. Flores Hermaphroditi.

CCXCVI. ANEMONE.
CCXCVII. PULSATILLA.
CCXCVIII. HEPATICA.
CCXCIX. ATRAGENE.
CCC. CLEMATIS.
CCCI. THALICTRUM.
CCCII. ADONIS.
CCCIII. FICARIA.
CCCIV. RANUNCULUS.
CCCV. TROLLIUS.
CCCVI. ISOPYRUM.
CCCVII. HELLEBORUS.
CCCVIII. CALTHA.

B. Flores Androgyni.

α. Completi

CCCIX. SAGITTARIA.

β. Incompleti. AMENTACEAE.

CCCX. QUERCUS.
CCCXI. JUGLANS.
CCCXII. CASTANEA.
CCCXIII. FAGUS.
CCCXIV. CARPINUS.
CCCXV. CORYLUS.

C. Flores Diclini.

CCCXVI. STRATIOTES.

CLASSIS XII.
POLYANDRIA.

Ordo I. Monogynia.

A. Flores Hermaphroditi.

CCLXXX. ACTAEA. L. G. 877. *Herb. Christopher.* Angl. *L'Actée.* Gall. *Christophskraut.* Germ. *Kristóffü.* Hung.

spicata. L. 1019. A. caule pedali, erecto, tereti, geniculato, glabro, basi squamato; foliis alternis, petiolatis, 2-s. 3-pinnatis, rugosis, nitide glabris; foliolis ovato-cordatis, inciso serratis; terminali 3-lobo; racemo terminali, simplici, ovato, pedunculis unifloris, bracteis ovato-acuminatis, glabris; baccis splendenti-atris. *Fl. D.* t. 498. *E. B.* t. 918. *W. Carp.* n. 520. Christophoriana. *Cl. Pann.* p. 504. (s. fig.).

Common Black-Berried Christopher; Baneberries. A. *L'Actée en épi; L'herbe de St. Christophle.* G. *Aehrenförmiges Christophskraut; Schwarzkraut; Wolfswurz.* G. *Sz. Kristóffüve; Farkas szölö.* H. *La Cristoforiana spigata.* I. *Jarba Sânte-lui Christoforo.* V.

In nemoribus sylvisque montosis ac umbrosis fere ubique. Maj. — Jul. P.

CCLXXXI. CHELIDONIUM L. G. 880. *Celandine.* Angl. *La Chelidoine.* Gall. *Schoellkraut.* Germ. *Fetskefü.* Hung.

CH. GEN. *Cal.* 2-phyllus, deciduus; *Cor.* 4-petala, decidua. *Stigm.* sessile, capitatum, 2-fidum. *Siliq* 1-vel 2-locularis, polysperma. *Sem.* ovata, cristata, nitida.

majus. L. 1020. Ch. caule bipedali, erecto, subtereti, viridi, villoso, superne dichotomo, intus succo luteo glutinosoque farcto; foliis *radical.* longe petiolatis, *caulinis* alternis, impari-pinnatis, supra glabris, subtus pubescentibus, glaucis; foliolis petiolatis, oppositis, ovatis, obtuse lobatis, terminali confluente maximo, 3-lobo; corollis luteis; siliquis erectis, lineatis, glabris, extus torulosis. *Cl. h.* II. p. CCIII. ic. *Fl. D.* t. 542. *W. Carp.* n. 521.

Greater Celandine. A. *La grande Chélidoine*; *L'Eclaire.* G. *Grosses Schoellkraut*; *Schöllwurz*; *Schwalbenkraut*; *Goldwurz*; *Gottesgabe.* G. *Nagy Fetskefü*; *Gódirtz*; *Tzinadónia*; *Vérehúllófü*; *Aranyfü.* H. *La Celidonia*, o *Cénérognola maggiore.* I. *Chelidonia* s. *Jarba Rándunelei*; *Rostopte.* V.

In dumetis elatioribus, hortis, pomariis, ruderatisque et ad nemorum vinearumque margines, ac sepes vulgatissime. Maj. — Aug. P.

CCLXXXII. GLAUCIUM Moench. *Horned poppy.* Angl. *Le Glaucium.* Gall. *Hornmohn.* Germ. *Szarvas mák.* Hung.

CH. GEN. *Cal.* 2-phyllus, deciduus. *Cor.* 4-petala. *Siliq.* erecta, cornuta, 2-locularis. *Sem.* cristata, punctata.

phoeniceum Crantz 1021. Gl. caule pedali, erecto, angulato-sulcato, ramoso, hispido; fol. omnibus pinnatifidis, sessilibus, semiamplexicaulibus, alternis, utrinque e glauco viridibus, hirsutis, laciniis inaequaliter dentatis, margine pilosis; pedunculis lateralibus terminalibusque angulato-sulcatis, erectis, hispidis, 2-pollicaribus, 1-floris; florb. e croceo-phoeniceis, siliquis palma-

ribus, erectis, hispidis; semnb. punctatis. *Cr. A.* 141. *Schkh.* l. c. t. 140. *Chelid. corniculatum L.* et *C. L.* 6. *t.* 32. *Pap.* cornic. phoeniceo flore. *Cl. H.* II. p. XCI. ic.

Red-Coloured-Horned-Poppy. A. *Le Glaucium à fleurs rouges*; *Le Pavot cornu.* G. *Rother Hornmohn*; *gelber Oelmohnsamen*; *gehörntes Schöllkraut.* G. *Piros szarvas mák.* H. *Il Papavero cornuto.* I.

In pratis elatioribus versus Szelindek, Újégyháza; Kőhalom; Siberg; Lebnek et ad agrorum margines, ac in agris cultis prope Karoly-Fejérvár Kolos, Torda, Kolosvár etc. frequens. Jun. Aug. A.

CCLXXXIII. PAPAVER L. G. 881. *Poppy* Angl. *Le Pavot.* Gall. *Mohn.* Germ. *Mák.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* 2-phyllus, obovatus, deciduus; *Cor.* 4-petala, decidua; *Stigm.* sessile, persistens, peltatum, radiatum, planum. *Caps.* oblonga s. globosa, glabra, vel hispida, evalvis, multilocularis, stigmate coronata, sub stigmate poris dehiscens, polysperma. *Sem.* reniformia.

* CAPSULIS HISPIDIS.

hybridum. L. 1022. P. caule basi ramoso, erecto, dichotomo, multifloro, setis densis adpressis armato, folioso; foliis alternis, ternato-pinnatifidis; pedunculis longis; 1-floris; floribus e rubro phoeniceis; capsula ovata, torulis canaliculata, setis rigidis, densis incurvisque vestità V. *Mon.* n. 14. *E. B.* t. 43. *P. hispidum Lam.* — *M. h.* 2. p. 278. S. 3. t. 14. f. 9.

Bastard or *Rough-headed poppy.* A. *Le Pavot hibride*, ou *le petit Pavot.* G. *Bastardmohn.* G. *Korti* v. *Tsekély mák.* H. *Il Papavero bastardo.* I.

Inter segetes versus Kőhalom; Darotz; Csik-Szereda etc. Jun. Jul. A.

Argemone L. 1023. P. caule pedali, erecto, folioso, multifloro, tereti, setis longis, erectis, dense adpressis, vestito; foliis alternis, 3-partito-pin-

natifidis, hirsutis, pinnulis lanceolatis; pedunculis scabris; petalis oblongis, cuneiformi-dentatis, e sanguineo-rubris; capsula oblonga, clavata, sulcata, setis rarioribus erectis niveisque armata, stigmate 5-radiato, subacuto coronata. *W. Carp.* n. 523. *V. Mon.* 15. *C. L.* 5. t. 38. *E. B.* t. 643. *Fl. D.* t. 867. *P. clavigerum* *Lam.*

Longh-rough headed Poppy; Rough' Poppy. A. *Le Pavot massue*, ou *Argémone.* G. *Keulförmiger Mohn; kleine Klapprose; Sandmohn.* G. *Ekforma, v. halovány*, v. *homok mák.* H. *Il Pap. minore.* I.

In agris sterilioribus arenosisque vulgare. Jun. Jul. A.

alpinum. P. 1024. perenne, fol. radical. in petiolum fere pollicarem conaliculato-membranaceum, subtus lineatum, glabrum, margine pilis niveis sparsis vestitum, decurrentibus, laevibus, e glauco viridibus, margine brevissime pilosiusculis, bipinnatis; pinnulis bijugis, subbilobis, impari 3-lobo, lobis obovato-cuneiformibus, apice mucrone longo alboque terminatis; scapis digitatibus spithameisve, decumbenti-erectiusculis, solitariis, teretibus, setis sursum spectantibus adpressis vestitis; calyce hirsuto; petalis sulphureo-citrinis, ungue croceis; capsula clavata, setis albis longis rectisque armata, stigmate 5-radiato muricatoque coronata. *J. A.* t. 83. *V. Mon.* 12. *W. Carp.* n. 522. *P. Burseri. Cr.* A. β. 129. t. 6. ic. 4.

Alpine Poppy. A. *Le Pavot des alpes.* G. *Alpenliebender M.* G. *Alpesi mák.* H. *Il Papavero alpestre.* I.

In alpibus petrosis et juxta fossiculos nive tectos versus Butschetsch. Aug. 1805. primum a me lectum. P.

** CAPSULIS GLABRIS.

Rhoeas L. 1025. P. caule pedali, erecto, ramoso, multifloro, pilis patentibus hispido; fol. alternis, hispidis, pinnatifido-incisis; pedunculis longis, hispidis, unifloris; calyce clauso, ovato-obtu-

io, petalis integris, purpureis; capsula subglobosa, glabra, stigmate 10-v. 15-radiato violaceo coronata. *V. Mon.* n. 1. *W. Carp.* n. 524. *Blw.* t. 2. *C. L.* 3. t. 32. *E. B.* t. 645. *P. arvense Sal. Prod.* 376.

Red-Field or *Wild Poppy*; *Corn Poppy*; *Knap bottle*; *Cop-Rose*. A. *Le Pavot sauvage*; *le Coquelicot*. G. *Rother Feldmohn*; *Klapperrosen*; *Klatschrosen*; *falsche Kornrosen*. G. *Vád v. Búdös-mák*; *mezei pipats mák*; *Pipats*; *Pipantz*. H. *Il Papavero Rosolaccio*. I. *Mac roshu*. V.

In cultis valde commune, et in hortorum versuris passim. Jun. Jul. A.

dubium L. 1026. P. caule cubitali, erecto, ramoso, multifloro, setis adpressis vestito; fol. pinnatifido-incisis, pilosis, pilis pedunculo adpressis; calyce clauso, ovato-oblongo; petalis paululum calyce majoribus, rubris, saepe albidis; capsula oblonga, fere semipollicari, glabra, stigmate 10-radiato coronata. *V. Mon* n. 3. *W. Carp.* n. 525. *Fl. D.* t. 902. *C. L.* 5. t. 37. *E. B.* t. 644. *Schkh.* t. 140. *J. A.* t. 25. *P.* c. fl. albo.

Long smooth headed Poppy. A. *Le Pavot douteux*. G. *Bezweifelter* s. *kleiner Feldmohn*; *Ackermohn*; G. *Kétséges mák*. H. *Il Pap. salvatico*. I.

Inter segetes, et in pratis siccis elatioribusque versus Kükülövár, praeprimis cum florb. albis commune. Jun. Jul. A.

somniferum L. 1027. P. glaucum; caule bipedali erecto, glabro, folioso; foliis sessilibus, amplexicaulibus, inciso-dentatis, glabris; florb. simplicibus plenis, diverse coloratis; caps. magnis, ovato-globosis, glabris, glauco-viridibus, stigmate peltato, multiradiato coronatis; seminibus niveis, caeruleis, aut nigris. *Blw.* t. 482. 483.

Common Garden, or *Whit*, or *Black Poppy*. A. *Le Pavot somnifère*, ou *des Boutiques*, ou *des Jardins blanc*, *bleu*, ou *noir*. G. *Schlaf-Mohn*; *Gartenmohn mit weissen*, *blauen* s. *schwarzen Samen*;

G. *Alomhózo mák*; *Fejer - Fekete - Kerti* v. *Saelid mák*. H *Il Papavero domestico*. I.
In agris praeprimis ad sedes Csik et Háromszék et in Distr. Barcensi copiose; item in hortis oleraceis, ruderatisque et ad sepes passim. Jun. Jul. A.

CCLXXXIV. HELIANTHEMUM Gaertn. l. c. t. 76. *Little-Sunflower*. Angl. *Hélianthème*. Gall. *Sonnenröschen*. Germ. *Tetemteldőfű*. Hung.

Ch. Gen. *Cal.* 3-vel 5-phyllus; foliolis 2 exterioribus minoribus. *Caps* 3-locularis, 3-valvis. *Sem.* valvarum medio adfixa.

* FOLIIS BASI STIPULIS CARENTIBUS.

Fumana Dec. 1028. H. suffruticosum, procumbens, ramis lignosis, fol. confertis, alternis, acerosis, glabris, laete viridibus, margine scabris, apice setula brevi albaque terminatis; pedunculis 1-floris, folio brevioribus; calyce 5 phyllo, inaequali, piloso, foliolis margine ciliatis; corolla lutea. *Dec. Fl. IV.* n. 4434. *Cistus Fumana. J. A.* t. 252. *C. ericoides Cav.* II. t. 172. *Barr. ic.* 286. Chamaecistus VI. *Cl. h.* I. p. 75. *ic.* Cham. I. angustifolius. *Ej. Pann.* p. 60. ic.
Heath-leav'd Little Sunflower. A. *L' Helianthème ericoïde*. G. *Heidenkrautblättriges S.* G. *Hangalevelű tetemtóldó*.
In montib. calcareis v. c. in Cott Alb. inf. ibidem in *Mtb. Szekelykő* et *Tilalmas*. Jun. Jul. Fr.

vineale Spr. 1029 H. suffruticosum; caulb. procumbenti-prostratis, lignosis, cicatricibus ramosis, ramulis erectiusculis, tomentosis; racemosis; fol. oppositis petiolatis, summis suboppositis, sessilibus, pallide viridibus, utrinque pilosis, subtus incano pilosis, margine dense longeque pilosis, oblongis, obtusis; rameis remotis angustioribus; racemis 2-vel 4-floris, pedunculis filiformibus, tomentosisque insertis; calyce 5-phyllo piloso-villoso, corolla calyce duplo longiore, lutea, limbo subcrenulato. *Spr. Hal.* n. 590. t.

5. C. *oelandicus J. A.* t. 399. C. *alpestris Cr. A.* t. 6 *f.* 1. *W. Carp.* n. 528. *Chamaecistus* II. *Cl. h.* I. p. 73. f. 2. Cham. III. *Ej. Pann.* p. 63. ic.
Wine-Mounty Little-Sunflower. A. *L'Helianthême des vignes, ou d'Oeland.* G. *Weinbergeliebendes S.* G. *Sziklai tetemtoldó.* H.
In montb. calcareis ad Brassó, scil. *am Kapellenberg*, et in alpb. summis Cibiniensibus nempe Wârfulo Plieshe; Suruluj; Foti; Strunga Draculuj; item ad Fagaras v. c. Gaure de Lotri; in Barcensb. *Schülergebirge*; Piatrâ Mare; Piroska, Bucesc; Piatrâ Lapte et in Bistric. scil. Pietrosuluj. Jul. Aug. Fr.
marifolium Decand. 1030. H. suffruticosum, caulb. procumbentibus lignosis, ramosis, ramulis erectiusculis, racemosis, cano-tomentosis; fol. oppositis, petiolatis, ovalibus, oblongisque, supra saturate viridibus, subtus cano tomentosis, racemulis 2-3 florisve pedunculatis; calycibus villoso-canis, 5-phyllis; corollis luteis *Dec. Fl.* IV. n. 4487. C. *marifolius.* L. *C. anglicus.* L. *Mant-Barr.* ic. t. 441.
Marum-leav'd Little-Sunflower. A. *L'Hélianthême à feuilles de Marum.* G. *Kleinkatzenblättriges S.* G. *Márumlevelü tetemtoldó.* H.
In montb. saxoso-calcareis nempe *am Kapellenberge* passim. Jul. Aug. Fr.
canum. 1031. H. suffruticosum; caulb. procumbentibus ramosis, ramis digitalibus, erectiusculis, incano-tomentosis; fol. oppositis, petiolatis, obovatis, vel ovali-lanceolatis, obtusis, supra pallide cinerascentibus, subtus cano tomentosis; racemulis terminalibus, 3-s. 5-floris, terminali dichotomo, pedunculis filiformibus cumque calyce cano-villosis; corolla pallide lutea. *Cistus canus. J. A.* t. 277. Chamaecistus III. *Cl. h.* 1. p. 74. ic. Cham. II. fol. cano. *Ej. Pann.* p. 61.
Grayish Little-Sunflower. A. *L'Helianthême blanchâtre.* G. *Grauweisses S.* G. *Fejéres tetemtoldó.* H.

In montb. asperis. calcareis v. c. in Cott. Alb. inf. in *M. Sz-kelykö*, et prope Brassó ibidem *am Kapellenberg* frequens. Maj. — Aug. Fr.

** FOLIIS BASI STIPULIS AUCTIS.

erecta. L. 1081. Cl. caule bipedali altioreque, tereti, striato, glabro, ramoso; fol. oppositis, pinnatis, glabris, junioribus pubescentibus, pinnulis oppositis, petiolatis, ovato-lanceolatis, integerrimis, *floralb.* minoribus, pinnatis ternisve; florib. in paniculam umbellatam terminalem, ramosam erectamque dispositis, albis, pedunculis basi bracteis involucratis, petalis plerumque 5, obverse lanceolatis, obtusissimis, 3-nerveis, extus subpilosis; semnb. cordato-sub-

rotundis, cauda longa revoluta plumosaque terminatis. *J. A.* t. 291. Clematis Matthioli. *Cl. Pann.* p. 297. ic.

Upright Wood-bind; or *White Bower*; *Ladys Bower.* A. *La Clematite étroite*; *La Flammule.* G. *Aufrechte Waldrebe*; *Brenn-* s. *Feuerkraut.* G. *Erősfü*; *Lótorma*; *Nagy palátzkafü.* H. *La Flamula minore.* I. *Nâproznicâ.* V.

In pratis montosis arenosisque; item in pomariis, nemoribus et ad nemorum margines, sepes atque vias, ubique. Jun. Jul. P.

integrifolia L. 1082. Cl. caule pedali, erecto, simplici, angulato, obscure rubro, pubescente; fol. cruciatim oppositis, connato-sessilibus, ovato-mucronatis, integerrimis, supra 3-lineatis, nudis, saturate viridibus, subtus 3-nerveis, pallidioribus, villosis, inferioribus minoribus, oblongo-ovatis; flore terminali, longe pedunculato, solitario, cernuo, obscure caeruleo; semnb. caudatis, densissime plumosis. *J. A.* t. 363. *Bieb. C. II.* n. 1070 Clematis caerulea pannonica *I. Cl. Pann.* p. 294. *Ejusd. H.* 1. p. 123.

Enterleav'd Virgin's Bower or *Hungarian Climber.* A. *La Clematite bleue.* G. *Ganzblättrige Waldrebe.* G. *éplevelü vad venyike*; *Bértse.* H.

In herbidis montosis post Morgonda ibidem *die Flechte*; item ad nemorum margines juxta Bonyha, et in pratis elatioribus juxta Kolosvár scil. *die Heuwiesen* et prope Vajda-Húnyad, et juxta Borband nempe *Billak* copiosissime etc. Maj. Jun. P.

CCCI. THALICTRUM. L. G. 951. *Meadow-Rue.* Angl. *Le Talitron.* Gall. *Wiesenraute.* Germ. *Virnántz.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* o. *Cor.* 4- vel 5-petala. *Stam.* corolla longiora apicem versus latiora. *Sem.* nuda, ecaudata.

elatum Jacq. 1083. Th. caule 3- vel 4-pedali, erectiusculo, fol. multipartitis, foliolis ovatis, sub-

cordatis, obtusis, subtrifidis; panicula longa, terminali, ramosa, floribus erectis. *J. H.* t. 95.
Elevated Meadow-Rue. A. *Le Talitron élevé.* G. *Hohe Wiesenraute.* G. *Magas virnantz.* H.
In pratis elatioribus *die Mezöség* scil. versus Kolos copiose. Jun. Jul. P.

majus L. 1084. Th. caule 3-pedali, tereti-sulcato, glabro, ramoso; fol. alternis, petiolatis, multiplicato-pinnatis, foliolis brevissime petiolatis, subrotundo-subcordatis, apice 3-dentatis, terminali reliquis longius petiolato, majore latioreque, saepius 4-dentato, s. 3-fido, caeterum omnibus glabris, subtus glaucis; florb. terminalibus paniculatis, ramosis, divaricatis bracteis suffultis, pendulis, cernuis, pedunculis capillaribus. *J. A.* t. 420. *E. B.* t. 611.
Great Meadow-Rue. A. *Le grand Talitròn.* G. *Grosse Wiesenraute.* G. *Nagy virnántz.* H. *Il Talittro alto.* I.
In nemoribus montosis ad Morgonda; Kőhalom; Segesvár, Medgyes, Berethalom. etc. Maj. Jul. P.

medium Jacq. 1085. Th. caule bipedali, erecto, sulcato, ramoso; fol. *inferiorb.* multifido-pinnatis, foliolis oblongis, cuneiformibus, acutiusculis, trifidis, *summis* integris lanceolatis; florib. paniculatis, erectiusculis *J. H.* t. 96.
Le Talitron intermediaire. G. *Mittlere Wiesenraute.* G. *Közép virnántz.* H. *Il Talittro mezzo.* I.
In montosis siccis prope Kolos et Torda. Jun. Jul. P.

foetidum L. 1086. Th. radice flava, odorem gummi Galbani exhalante; caulibus palmaribus cubitalibusve, uno latere convexis, altero planiusculis, superne polyedris, simplicibus, flexuosis, firmis, fistulosis, basi flavescentibus; foliis *caul.* 3- vel 4, alternis, petiolatis, 3-s. 4-pinnatis, foliolis oblique cordatis irregulariter 3-lobis, lobis obtusiusculis, apice fuscis; florb. pedunculatis, erectiusculis, in racemum compositum dispositis, ramis 3, 4, remotis, alternis, angu-

latis, infimo axillari, bracteis lineari-subulatis. *Bieb. C. II.* n. 1071. *M. h.* 3. S. 9. t. XX. n. 13. *W.* et *K.* t. 173.

Stinking Meadow-Rue. A. *Le Talitron puant.* G. *Stinkende W.* G. *Büdös virnánz.* H. *Il Talittro fetido.* I.

In montb. calcareo-saxosis, nempe juxta Torotzko ibidem in M. *Tilalmas.* Jul. P.

Obs. Caul. petioli, foliola et pedunculi pilis brevissimis liquorem viscidum exsudantibus vestita.

minus L. 1087. Th. caule pedali, erecto, subflexuoso, tereti, sulcato-striato, glabro, purpurascente, superne ramoso, ramis alternis, patentibus; fol. alternis, petiolatis, 3-pinnatis, foliolis breve petiolatis, cordato-3-fidis, obtuse mucronatis, superne laete viridibus, subtus venoso-reticulatis, glaucis, margine reflexis, petiolis basi vaginantibus, ad divisuram nodosis, angulosis; florb. paniculatis, parvis, cernuis, pedunculatis, pedunculis capillaribus, basi bractea pusilla auctis, petalis 4, flavis; semnb. ovatis, striatis, fuscis. *J. A.* t. 419. *E. B.* t. 11. *Fl. D.* t. 732. *Bieb. C. II.* n. 1072. *W. Carp.* n. 546.

Lesser Rue-weed. A. *Le petit Talitron.* G. *Kleine Wiesenraute.* G. *Kis virnántz.* H. *Il Talittro minore.* I.

In pratis montosis et subalpinis frequens. Jun. — Aug. P.

angustifolium L. 1088. Th. caule bipedali, stricto, gracili, angulato-sulcato, glabro, superne ramoso; fol. alternis, confertis, subsessilibus, bipinnatis, adpressis, erectis, *inferiorb.* petiolo brevi, membranaceo, basi vaginati-striato, fusco instructis, *superiorb.* sessilibus, pinnulis linearibus, longis, integerrimis, margine reflexis, rigidis, nitide viridibus, utrinque glabris, subtus subpallidioribus, stipula squamosa, scariosa, fusca, lacera; florb. in pinnulas ramosas, strictas nudasque fasciculatim dispositis, parvis,

pallide flavescentibus, petalis 4; semnb. ovatis, acutis, sulcatis; *J. H.* t. 43. *W. Carp.* n. 546.
Narrow-leaved Meadow-Rue. A. *Le Talitron à feuilles étroites.* G. *Schmalblättrige Wiesenraute*; *Unstaetkraut.* G. *Késkenylevelü virnántz.* H. *Il Talittro di foglie stretti.* I.
In pratis humidis ubique. v. c. prope Abrudbánya; Segesvár, Fejérégyháza; N. Bunn; Kőhalom; Morgonda etc. copiose. Jun. Jul. P.
flavum L. 1089. Th. caule 2- vel 3-pedali, erecto, anguloso-sulcato, ramoso, glabro; fol. alternis, glabris, bipinnatis, foliolis lanceolatis, acuminatis, integerrimis, vel 2-aut 3-fidis; *caul. summis* angustioribus, caeterum rugoso-venosis, subtus nerveis eminentibus venisque reticulatis; florb. in paniculam ramosissimam, coarctatam, speciosam, terminalem erectamque dispositis, flavis, erectis; germnb. plurimis, seminibus subovatis. *Bieb. C. II.* n. 1073. *Fl. D.* t. 989. *E. B.* t. 367.
Greater Meadow-Rue, or *Bastard Rhubarb.* A. *La Rue des prés*; *le Talitron jaunâtre.* G. *Gelbe Wiesenraute*; *Heilblatt*; *unächte Rhabarber*; *Wundkraut.* G. *Sargá v. Vad virnántz.* H. *Il Talittro giallo.* I.
In pratis humidis ad Segesvár et juxta Déva, item Abrudbánya nempe versus Verespatak; N. Bunn; Kőhalom; Brassó; Máros-Vásárhely etc. frequens. Jul. Aug. P.
nigricans Jacq. 1090. Th. caule bicubitali, erecto, tereti, obscure sanguineo, superne viridi, sulcato, subramoso; fol. alternis bipinnatis, petiolatis, *inferiorb.* 6-paribus cum impari compositis, cuneiformibus, ternatis; *summis* binis oppositis, simplicibus; *caul.* linearibus, 3-fidis, breviter petiolatis, *summis* sessilibus, angustissime linearibus, brevioribus; florb. in paniculas erectas densasque dispositis, nutantibus, luteis, bracteis lineari-acutis; germnb. 2-7, sub-pedicellatis. *J. A.* t. 421.

Black Meadow-rue. A. *Le Talitron noirâtre.* G. *Schwärzliche Wiesenraute.* G. *Barna virnántz.* H. *Il Talittro nericante.* I.

In pratis elatioribus juxta Ujégyház praeprimis in agris cultis versus Marpod et quoque in S. N. Sink ad pagum Morgonda. Jul. Aug. P.

aquilegiaefolium *Jacq.* 1091. Th. caule subtripedali, erecto, tereti, striato, purpureo, glabro; fol. alternis, in petiolum brevem basi stipulaceum subcordato-connatum desinentibus, 3-ternatis; foliolis 3-natis, 3-lobis, ovato-subrotundis, lobis obtuse bidentatis; florb. in paniculam terminalem corymbosam densissimamque congestis, purpurascendentibus, pedunculis umbellatis, 1-floris, bracteis ovato-acutis, petalis minimis, fugacibus; germnb. 12, pedicellatis, semnb. triangularibus, rostratis, pendulis, glabris. *J. A.* t. 318. *W. Carp.* n. 547.

atro-purpureum. β. Th. caule purpureo, pinnis foliorum plerumque quinis petiolatis, foliolis cordato-subrotundis, obtuse dentatis, subtus venosis, glauco-viridibus; florb. ex atro-purpureis; stamnb. triplo corolla longioribus; germnb. 7-vel 10, semnb. triangularibus rectis. *J. H.* t. 61.

niveum γ.) Th. caule tereti, viridi; foliis majoribus laete viridibus; florb. niveis.

Columbine-leaved Meadow-Rue. A. *Le Talitron à feuilles d'Ancolie.* G. *Akeleyblättrige Wiesenraute.* β. *mit dunkelpurpurfärbigen* u. γ. *schneeweissen Blüthen.* G. *Galamólevelü virnántz.* H. *Il Talittro maremmano.* I.

In pratis montosis humidiusculisque frequentissime. β. in pomariis elatioribus pratensibusque ad Segesvár nempe versus *Knopf* atque *Siechenberg.* γ. in nemoribus montosis umbrosisque ad Segesvár ibidem *im Siechenwald* etc. Maj. — Jul. P.

CCCII. ADONIS L. G. 952. *Adony.* Angl. *L'Adonis.* Gall. *Adonisroeslein.* Germ. *Hérits.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* 4- vel 5-phyllus, subpictus, deciduus. *Cor.* 5- vel polypetala. *Nect.* o. *Stigm.*

sessilia, reflexa. *Recept.* elongatum. *Sem.* plurima, corticata, nuda.

aestivalis L. 1092. A. caule pedali, erecto, ramoso, glabro, fol. alternis, amplexicaulibus, bipinnato-multifidis, laciniis linearibus, teretiusculis, apice rubellis; florb. terminalibus, solitariis, pedunculatis, petalis 5, vel 8, elliptico-lanceolatis, planiusculis, miniatis, ungue atro-purpureis; fructu cylindrico. *Kn. Delic.* 2. t. A. 12.

Field Adony; *Red Cámomil*; *Coral-Flower.* A. *L' Adonis d'eté.* G. *Sommer Adonis*; *Blutstroepfchen.* G. *Nyári hérits*; *Kakas virág*; *Parlagi rózsa.* H.

Inter segetes vulgaris. Maj. Jun. A.

autumnalis L. 1093. A. caule tereti, sulcato, erecto, basi villoso; fol. multifido-partitis, laciniis multifidis, linearibus, cuneiformi-lanceolatis; pedunculo solitario, longo, 1-floro, calyce 5-phyllo, foliolis pellucidis, sericeis, margine involutis, corolla 8-petala, petalis calyce duplo longioribus, obovatis, concavis, obtuse dentatis, miniatis, ungue atro-purpureis; germnb. plurimis, in cylindrum spicatum dispositis, semnb. ovato-oblongis, inferne gibbis, apice inflexo-acutis. *Bieb. C. II.* n. 1074. *W. Carp.* n. 548. *A. miniata. J. A.* t. 354. Flos Adonis II-dus Cl. h. 1. p. 336.

Red Maithes, or *Morocco.* A. *L' Adonis d'automne.* G. *Herbst Adonis*; *Blut*, s. *Teufelsauge.* G. *Öszi hérits.* H.

Inter segetes communis. Jul. Septbr. A.

flammea Jacq. 1094. A. caule pedali, simplici, erecto, basi curvo, tereti, hirsuto, pallide viridi; fol. petiolatis, decompositis, foliolis lineari-laciniatis, subdentatis; florb. solitariis calycibus 8-phyllis, foliolis ovatis, diaphano-nitidis, extus sericeis, petalis 8, obtuse ovatis, angustioribus, e flammeo-phoeniceis, ungue e fusco purpureis; fructb. cylindricis. *J. A.* t. 355.

Red purple Adony. A. *L'Adonis rouge éclatante*. G. *Brennende*, s. *feuerrothe Adonis*; *Feuerrose*. G. *Langszinü* v. *piros Hérits*. H.

In elatioribus sterilioribus, et agris cultis ad Ujégyháza et prope Bonyha alibique. Maj. Jun. A.

vernalis L. 1095. A. caulibus subpedalibus, erectis, simplicibus, vel basi ramosis, pilis raris adspersis; fol. alternis, amplexicaulibus, multifidis; foliolis linearibus, angustissimis, acuminatis, 2- s. 3-furcatis; pedunculo terminali brevissimo, solitario, 1-floro, calyce 6-phyllo, foliolis inaequaliter longis latisque, apicem versus serratis, striatis, villosis, corolla polypetala e flavo-sulphurea, petalis lanceolatis, obtuse dentatis; fructb. ovatis, viridibus villosisque. *Bieb. C. II.* n. 1075. *C. M.* n. 134. *R. Eur. F.* IV. t. 4. *A apennina. J. A.* t. 44. *Schkh.* t. 152.

Perennial, or *Spring-Adony*; *Bastard Hellebore*. A. *L'Adonis printanniere*. G. *Frühjährige Adonis*; *falsche Niesewurz*; *römische Christwurz*. G. *Tavaszi hérits*; *Sarga Kökörtsény*. H.

In montb. aridis arenosisque versus Dálya et Morgonda; item juxta Balástelke, Bonyha, Károly-Fejérvár; et ad nemorum margines prope Zeben; Segesvár; Kőhalom; Brassó, Kolosvár etc. communis. Apr. Maj. P.

CCCIII. FICARIA. Roth. *Fig-wort*. Angl. *La Ficairie*. Gall. *Feigwurzenkraut*. Germ. *Boglarvirág*. Hung.

Ch. Gen. *Cal.* 3-phyllus, deciduus. *Cor.* 8. s. 12-petala; petalis basi squamula nectarifera intus instructis. *Stigm.* sessilia. *Fruct.* compressi, obtusi, nudi, 1-loculares, 1-spermi.

ranunculoides Roth. 1096. F. radic. tuberosis; caule digitali palmarive, decumbenti-erecto, glabro; fol. petiolatis, cordatis, obtusis, angulatis, nitide glabris, medio macula nigricante notatis; flore pedunculato, solitario, luteo, petalis plerumque 8, lanceolatis, obtusis, luteis, ungue glanduliferis. *R. G.* T. II. p. 622. *F. verna. Pers.*

S. 2. p. 102. *Ran. Ficaria. Bieb. C. II.* n. 1077. *Fl. D.* t. 499. *C. L.* 2. t. 39. *E. B.* t. 584. *W. Carp.* n. 550.

Lesser round-leaved Celandine. A. *La petite Chélidoine* ou *L'Eclairette*; *La Ficaire Renoncule*; *Le Couillon des prêtres.* G. *Feigwarzenkraut*; *Blatterkraut*; *kleines Schoell-* s. *Scharbockskraut.* G. *Kis fetskefü*; *Fügelevelüfü*; *Galambbegy*; *Golyva-rontófü*; *Sülyfü*; *Mezei sülfü*; *Varjumogyoro*; *Tavaszi saláta.* H. *La Celidonia*, o *Cenerognola minore*; *Il Favagello.* I. *Chelidonia mica* s. *Jarba Rondunelei-mica.* V.

In pomariis, hortis nemoribusque umbrosis, atque udis, ubique. Mart. — Maj. P.

CCCIV. RANUNCULUS. L. G. 953. *Crow-foot.* Angl. *La Renoncule.* Gall. *Hahnenfuss*, s. *Ranunkel.* Germ. *Békavirág.* Hung.

CH. GEN. *Cal.* 5-phyllus, deciduus. *Cor.* 5-petala unguibus intus nectarifera. *Stigm.* subsessilia, reflexa. *Fruct.* ovati, compressi, aut glabri, aut lateraliter tuberculato-aculeati, aut in cornua falcata desinentes, aut transversim striati.

* FRUCTUS NUDI, GLABRI;

a. Foliis simplicibus subintegerrimis.

Flammula. L. 1097. R. caule basi declinato, erecto, dichotomo, glabro; fol. basi vaginanti-amplexicaulibus, alternis, ovato-cordatis, lanceolatis, subintegerrimis, nervosis, glabris; pedunculis terminalibus lateralibusque, solitariis, longis, 1-floris; florb. luteis. *W. Carp.* n. 549. *Fl. D.* t. 575. *C. L.* 6. t. 37. *E. B.* t. 387.

Small Crow-foot; *Lesser Spear wort.* A. *La petite Renoncule.* G. *Kleiner Sumpfhahnenfuss*; *beissender Hahnenfuss*; *Brenn-* s. *Egelkraut.* G. *Kis motsári békavirág*; *Maro-békavirág*; *Egető boglárvirag*; *Sömörfü.* H. *La flamula minore.* I.

In pratis humidis limosisque; pascuis humidiusculis; piscinis neglectis atque stagnis; immo ac prope rivulos vulgatissime. Maj — Aug. P.

reptans L. 1098. R. caule repente, filiformi, paucifolio, articulato, ad articulos radicante; fol. petiolatis, lineari-lanceolatis, integerrimis, glabris, pedunculis uncialibus, 1-floris, erectis, nudis; florb. pusillis, luteis. *Fl. D.* t. 108. *L. Lapp.* t. 3. f. 5. R. spergulae folio, flammeus, minimus. *B. Cent.* 5. App. 41. R. repens. etc. *Amm. R.* 80. t. 13. f. 1.

Creeping Crow-foot. A. *La Renoncule radicale.* G. *Wurzelnder Hahnenfass.* G. *Gyökéres v. Terjedö békavirág.* H.

Ad fluviorum ripas e. g. prope Marusium nempe juxta Solymos. Jun. Jul. P.

Lingua L. 1099. R. caule bipedali, erecto, fistuloso, superne pubescente, ramoso; fol. alternis, sessilibus, plerumque cubitalibus, longe lanceolatis, acuminatis, nervosis, costa intermedia canaliculatis, vaginanti-amplexicaulibus, submembranaceis, margine subciliatis; pedunculis terminalibus, longis, nudis, pubescentibus, calyce colorato-subhirsuto, deciduo; petalis obcordatis. *Bieb. C.* II. n. 1076. *E. B.* t. 100. *Fl. D.* t. 75. *R. Eur.* F. VIII. ic. 5.

Large-leav'd Crow-foot; Spear-wort. A. *La grande Renoncule, ou la grande douve.* G. *Grosser Sumpfhahnenfuss; langblättriger Wasserhahnenfuss.* G. *Landzáforma v. Nádi bekavirág.* H. *La lingua di palude maggiore.* I.

In fossiculis prope Vizakna; in piscinis juxta pagum Szasz-Segesd, et prope Köhalom nempe *im todten Alt* alibique frequens. Jul. Aug. P.

Thora Jacq. 1100. R. caule semipalmari, erecto, tenui, inferne nudo, glabro, subbifloro; fol. *inferiorb.* petiolatis, subrotundo-reniformibus, lato-dentatis, acutis, retusis, *floralb.* sessilibus, lanceolatis, integerrimis, venosis, pallide viridibus; calyce reflexo, deciduo, picto. *J. H.* t.

13. *Ej. A.* t. 442. Pseudo-aconitum pardalianches *Matth.* p. 766. f. 2. Ran. grumosa radice. III. *Cl. h.* I. p. 239. ic.
Kidney-leav'd Crow-foot. A. *La Renoncule veneneuse.* G. *Giftiger Hahnenfuss.* G. *Mérges békavirág.* H. *Il Ranoncolo velenoso.* I.
In alpium jugis Barcensibus ibidem prope rivulos scil. Butschetsch. Jun. Jul. P.

b. Foliis lobato-multifidis; α floribus luteis.

auricomus L. 1101. R. caule pedali, erecto, tereti, striato, glabro, superne diviso; ramis 1-vel 2-floris; fol. *radical.* simplicibus binisve, longe petiolatis, subrotundo-cordatis, cordato-reniformibus s. solummodo reniformibus, inaequaliter dentatis, crenatisque, *caulinis* alternis, sessilibus, amplexicaulibus, 5- s. multifidis, laciniis ovato-lanceolatis, subaequalibus, dentatis, *floralb.* trifidis; pedunculis terminalibus, solitariis binisve, 1-floris, calyce colorato, petalis calyce duplo longioribus, emarginatis. *Bieb.-C.* II. n. 1078. *W. Carp.* n. 552. *C. L.* 2. t. 41. *E. B.* t. 624. *Fl. D.* t. 665. *R. polymorphus.* *A. Ped.* n. 1449. t. 82. f. 2.
Sweet-scented, or *Wood Crow-foot*; *Goldilocks.* A. *La Renonc. dorée*, ou *printanniere.* G. *Goldgelber* H—; *Goldhähnlein.* G. *Tavaszi* v. *Változó békavirág.* H. *Il Ran. dorato.* I.
In nemoribus et pomariis vulgatissime. Mart. — Jun. P.
pedatus Waldst. 1102. R. caule cubitali altioreque, erecto, tereti, fistuloso, basi e sanguineo-violaceo, dein pallide viridi, striato, dichotomo, ramis alternis, erecto-patentibus, dichotomis; foliis *radical.* palmato-trilobis, lobis lateralibus subbifidis, dentatis, medio cuneiformi-ovato, 5-dentato, s. digitato-partito, *caulin.* sessilibus, alternis, digitatis, 4-s. 5-fidis, laciniis lineari-acutis, subintegerrimis, *floralb.* ternatis brevio-

ribus; pedunculis terminalibus, dichotomis, 1-floris, teretibus, calyce luteo, extus piloso, corollae petalis calyce duplo longioribus, obcordatis, integris, ex aureo-flavescentibus; fructb. subglabris. *W.* et *K.* t. 108. *W. En.* I. p. 379.

Digitated Crow-foot. A. *La Renonc. digitée.* G. *Fussförmiger H.* G. *Lábforma békavirág.* H.

In pratis montosis argilloso-arenosis juxta Segesvár ibidem *im Siechenwald*, item prope Kőhalom nempe *gegen den Römer-* und *Görgenbusch* etc. Apr. Maj. P.

montanus Auth. 1103. R. caule cubitali pedalique, arcuatim erecto, simplici, tereti, sulcato, piloso, 1-2 s. 4-floro; foliis *radical.* longissime petiolatis, palmatis, lobis integerrimis; *caul. infimo* peltato-palmato, *summo* sessili amplexicauli, palmato-5-fido; calyce colorato, reflexo, hirsuto, corollis speciosis, magnis, nitidis, ex aureo-luteis. *W. Carp.* n. 558. *Bir. Diss.* n. 22. var. f, *R. nivalis. J. A.* t. 325.

dentatus var. α. R. radice tuberosa, horizontali, alba, caule pedali 1. s. 4-floro; foliis *radical.* et caul. *inferiorb.* petiolatis, palmato-5-lobis, dentatis, caul. *summo* sessili, 5-fido, laciniis cuneato-ovatis, lanceolatis, apicem versus subdentatis; calyce e flavo viridi, piloso, corolla ex aureo-lutea. *J. A.* t. 326. var.

β.) R. minimus alpinus luteus. *J. B.* h. 3. p. 861. f. 3. R. *nivalis.* L. *Lapp.* 232. t. 3. f. 2. R. *lapponicus. Fl. D.* t. 144.

Mountain-Crow-foot. A. *La Renoncule des montagnes.* G. *Bergliebender Hah—.* G. *Hegyi békavirág.* H.

In subalpinis sylvis ad Lövéte et Olahfalva ibidem versus M. *Hargita*, item in Alpb. summis Barcensibus nempe Bucesc et *Schülergebürge* etc. var. α) in umbrosis post Hevíz et in subalpinis umbrosis post Oláhfalva scil. in via versus M. *Hargita*; in iisdem locis nempe in Distr. Fagarasiensi ad Ujsinka, Martsina alibique vulgatis-

sime. β) in alpibus Barcensibus frequens. Jun. — Aug. P.

Gouani. Willd. 1104. caule pedali altioreque, erecto, simplici, sulcato, piloso, 1- s. 3-floro; foliis *radical.* in orbem digestis, longe petiolatis 3-s. 5-lobato-reniformibus, *caul.* sessili, palmato, 5-lobo, lobis incise acuteque dentatis, *floralb.* semiamplexicaulibus, digitato-5- vel 7-fidis, laciniis inciso-dentatis, angustis, *summo* digitato, 5-fido, laciniis inaequaliter lanceolatis, integerrimis; pedunculis axillaribus terminalibusque, solitariis, unifloris, striatis, pilosis, florb. magnis, patentibus, luteis. *R. pyrenaeus. G. Ill.* 33. t. 17. f. 1. 2. *R. montanus. Bir. Diss.* n. 22. var. g.

La Renoncule de Mr. Gouan. G. *Gouanischer Hahn.* G. *Gouanfüve békavirág.* H.

In alpibus Fagarasiensibus ibidem Wârfulo Gaure de Lotri. Jul. Aug. P.

Obs. Corolla passim polypetala.

acris. L. 1105. R. caule pedali, erecto, sulcato-striato, superne subhirsuto, multifloro; fol. digitato-partitis, *radical.* longe petiolatis, tripartitis, segmentis obcordatis, inciso-laciniatis, lac. 1- v. 2-dentatis, *caul.* breviter petiolatis, tripartitis, lac. linearibus, inciso-dentatis, *sum.* sessilibus, trifidis, lac. linearibus; pedunculis teretibus, pubescentibus, squama petalorum nectarifera oblonga, truncata. *W. Carp.* n. 561. R. *napellifolius. Cr. A.* p. 114. n. 10. t. 4. f. 2. *C. L.* 1. t. 39. *E. B.* t. 650.

Upright Crow-foot. A. *La Renoncule âcre; la Grenouillette.* G. *Scharfer Wiesenhahnenfuss.* G. *Réti v. Tsipős békavirág.* H.

In pomariis pascuis et pratis vulgatissime. Maj. Jun. P.

polyanthemus L. 1106. R. caule pedali altioreque, erecto, basi incurvo, sulcato-striato, piloso, ramoso; foliis *radical.* et *caul. inferiorb.* petiolatis, digitato-profunde 7-partitis, maculatis,

villosis, lobis 3-fidis, inciso-dentatis, lineari-acutis, *caul. summis* sessilibus, profunde 3- s. 5-fidis, vel simplicibus, segmentis lineari-acutis; pedunculis longis, angulato-sulcatis; 1-floris, bracteis 3-fidis, linearibus, calyce patente, e viridi flavescente, extus villoso; fructibus compresso-ovato-acutis, submuticis. *Bieb. C.* II. n. 1084. *R. acris Bir. Diss.* n. 23. var. β.

La Renoncule à plusieurs fleurs. G. *Vielblumichter Hahn.;*·*Butterblümchen.* G. *Sokviragú békavirág.* H.

In pomariis et umbrosis montosis pratensibusque juxta Ujégyháza; Segesvár; Kőhalom; Brassó etc. Maj. — Jul. P.

lanuginosus Scop. 1107. R. caule palmari pedalive, erecto, tereti, sulcato cumque petiolo reflexo-hirsutissimo; fol. profunde 3- s. 5-lobis, lobis ovato-cordatis, profunde dentatis, holosericeo-hirsutis, macula pallida notatis; pedunculis teretibus, erectis, hirsutissimis, calyce patente, longe villoso, petalis nitidis; fructb. subrotundis, compressis, acutis, uncinatis. *Bieb. C.* II. n. 1086. *W. Carp.* n. 562. *Fl. D.* t. 397. *R. sylvaticus. Thuill. Par.* p. 276. R. nemorosus hirsutus, fol. caryoph. *L. Pruss.* t. 71.

Wooly Crow-foot. A. *La Renoncule lanugineuse des bois.* G. *Wollichter H.* G. *Gyapjas békavirág.* H.

In nemoribus montosis prope Segesvár, ibidem versus *Ripploch* et *Reisselten*; item juxta Bonyha *gegen den grossen Wald* versus Sz. Laszló et in subalpinis fere ubique. Jun. Aug. P.

sceleratus L. 1108. R. caule cubitali, erecto, glabro, ramoso; foliis *radical.* in orbem digestis, petiolatis, semiorbiculatis, nitidis, glabris, 3-partitis, lob. 3-lobis, cuneiformibus, obtuse-dentatis; *caul.* alternis, sessilibus, digitatis, 3-partitis; lac. lineari-lanceolatis, obtusis, inciso-dentatis; pedunculis axillaribus terminalibusque, filiformibus, nudis, 1-floris, florb. parvis, pallide flavis; receptaculo oblongo, striato brevioribus, fructb. pusillis, ovato-oblongis, obtu-

sis. *W*. *Carp*. n. 553. *Fl*. *D*. t. 571. *C*. *L*. 2. t. 42. *Gm*. *Sib*. IV. t. 83. f. 3.
Marsh Crow-foot; *Celery* or *Round-leav'd Crow-foot*. A. *La Renoncule de marais*, ou *scelerate*; *Le Pied-pou*; *L'herbe sardonique*. G. *Blasenziehender*, s. *Wasser H*. G. *Szironták*; *Torzsika*; *Sebesítőfű*; *Vízi méreg*. H. *Il Ran. vescicante*. I.
Ad fossiculos piscinasque; item in pascuis udis, paludosis uliginosisque, valde communis. Jun — Aug. A.
repens L. 1109. R. sarmentis repentibus radicantibusque; caule decumbente, radicante, dein adscendente, tereti, glabro, striato; fol. decompositis, ternatis, foliol. 3-partitis, lobis inciso-dentatis; medio reliquis longiore; *floralb*. subsessilibus, 3-fidis, integerrimis; pedunculis longis, sulcatis, *axillaribus* solitariis, *terminalibus* dichotomis, 1-floris, bracteis oppositis, linearibus, integerrimis, calyce erecto-patente, villoso; squama petalorum nectarifera convexa, altero latere concava. *Bieb*. *C*. II. n. 1083. *W*. *Carp*. n. 566. *C*. *L*. 4. t. 38. *E*. *B*. t. 516. *Fl*. *D*. t. 795. *R*. *infestus*. *Sal*. *Pr*. p. 375.
Creeping Crow-foot. A. *La Renoncule rampante*; *le Bassinet*. G. *Kriechender*- s. *weicher H*.; *Krähenfuss*. G. *Boglárka*; *Hollóláb*; *Kakasláb*. H.
Ad fluviorum ripas; in pratis udis, ruderatis, ac agris cultis neglectisque valde vulgaris. Maj. — Jul. P.
bulbosus L. 1110. R. bulbo subrotundo albidoque; caule cubitali, erecto, anguloso, villoso, dichotomo, multifloro; foliis *radical*. cespitosis, ternatis, foliol. 3-partitis, inciso-dentatis, villosis, *caul. superiorb*. brevissime petiolatis sessilibusve, inciso-dentatis; pedunculis longis, 1- s. 3-floris, sulcatis, florb. flavis, pedicellatis, calyce extus villoso, intus flavo, supra medium reflexo, squama nectarifera obcordata, plana; fructb. ovato-subrotundis. *Bir*. *D*. n. 30. *Cr*.

Austr. p. 114. n. 8. *W. Carp.* 559. *Fl. D.* t. 551. *C. L.* 1. t. 33. *E. B.* t. 515. *R. Eur.* F. XI. ic. 3.
Bulbous, or *Round-rooted Crow-foot*; *Butter-flower*; *Butter Cups*; *Gold Cup.* A. *La Renoncule bulbeuse.* G. *Knollichter H.* G. *Tsomós bekavirág.* H.
In versuris, agris, vinetis et pomariis, ac in pratis udis, collibus nemoribusque elatioribus et prope piscinas vulgatissime. Maj. — Jul. P.
Obs. *Caul.* passim humilis pauciflorus. *Fol.* sublaciniata subhirsuta. *Ped.* 1-flori.

illyricus Jacq. 1111. R. radic. napiformibus, solidis, albis; caule cubitali, erecto, simplici, tomentoso, superne ramoso, ramis remote alternis, 1-floris; fol. ex albo-sericeo-tomentosis, *radic.* 3-natis, foliol. lanceolatis, integerrimis 2 fidisque, *caul.* alternis, subsessilibus, *floralb.* 2-partitis; calycinis foliol. reflexis, pallide viridibus, tomentosis, corolla speciosa, magna, e sulphureo-lutea. *Bieb. C.* II. n. 1081. *W. En.* I. p. 589. *J. A.* t. 222. *Fl. D.* t. 71. *R. tomentosus. Moench.* R. grumosa radice. IV. *Cl. h.* I. p. 240. ic.
Illyrian Crow-foot. A. *La Renoncule d'Illyrie.* G. *Illyrischer H.* G. *Illirai békavirág.* H.
In montibus graminosis rupestribusque nempe Wârfulo *Kozolya* frequens. Jun. P.

β. *Floribus albis.*

rutaefolius Jaqu. 1112. R. radice tuberosa; caule cubitali, erecto, subsimplici, 1-folio, 1-floro; fol. pinnatis ternatisque, foliolis 3-partito-multifidis, incisis; corolla 8- s. 12-petala, ungue discolore. *Bir. Diss.* n. 3. *J. Coll.* I. p. 186. t. 6 et 7. *W. Carp.* n. 555. R. praecox I. rutaefolius. *Cl. h.* I. p. 232. (ic. pessima).
Rutaleav'd Crow-foot. A. *La Renoncule à feuilles de Rue.* G. *Rautenblättriger H.* G. *Rutálevelű békavirág.* H.

In Alpibus Rodnensibus nempe versus Jetziluj et Dscheammeanie; item Fogarasiensibus ibidem Wârfulo Gaure de Lotri. Jul. Aug. P.

alpestris Jacq. 1113. R. caule pollicari digitalive, erecto, simplicissimo, tereti, striato, glabro, 1- vel 2- floro; foliis *radical.* longe petiolatis, obtuse cordatis, inaequaliter dentatis, apice 3-lobis, aliis obtusis, 3-partitis, dentatis, *caulino* integerrimo, lanceolato; flore unico, (passim 2) terminali, cor. nivea, 5- vel polypetala, petalis obcordatis, limbo emarginatis. *Cr. Austr.* t. 113. n. 7. *J. A.* t. 110. *W. Carp.* n. 557. R. I-us minimus flore albo. *Cl. Pann.* p. 363. ic. 364. *Ej. h.* I. p. 234. ic.

crenatus var. *α*) *Kit.* foliis subreniformi cordatis, inciso-3-lobis, lobis lateralb. 2-lobis, vel crenato-dentatis, mox integerrimis, medio passim obtuse 2- vel 3-dentato, *caulin.* 2, suboppositis, semiamplexicaulibus, lineari-obtusis, integerrimis; coroll. 5-petalis, petalis limbo leviter emarginato-crenulatis. *Ran. crenatus. W.* et *K.* t. 10. R II-dus. *Cl. Pann.* p. 363. ic. 365. *Ej. h.* I. p. 234. ic.

Alpine Crow-foot. A. *La Renoncule bilobée*, ou *des Alpes.* G. *Alpenliebender H.* G. *Alpesi*, v. *Tsipkés békavirág.* H.

In alpibus summis Barcensibus, nempe *Schülergebürge*, Bucesc; Piatrâ Mare; Lapte; Piroska; in Fogarasiensibus scil. Luzuluj; Gaure de Lotri praeprimis cum florb. polypetalis et fol. elobatis; item in Cibinensibus, utpote la Wârfulo Suruluj et in Hunyadensibus Retyezát et Strasza etc. ubique, prope fossiculos nive fere semper tectos. Aestate et in Autumnum. P.

aconitifolius L. 1114. R. caule bipedali, erecto, ramoso, multifloro; foliis petiolatis, digitato 5-partitis, incise-dentatis, crassiusculis, glabris, laciniis lanceolatis, inciso-serratis, floralb. laciniatis, laciniis lanceolatis; florib. terminalibus, pedunculatis, solitariis albis, bracteis op-

positis linearibus auctis. *W. Carp.* n. 554. *C. M.* t. 204. *Fl. D.* t. 111. *R.* montanus IV. *Cl. h.* I. p. 236. *Ej. Pann.* p. 370. ic.
Aconite-leav'd Crow-foot. A. *La Renoncule à feuilles d'Aconit.* G. *Sturmhutblättriger H.* G. *Sisaklevelü békavirág.* H.
In montibus nemorosis juxta Segesvár scil. versus pagum Volkány; item in subalpinis rupestribusque ubique. Jul. — Sept. P.
platanifolius L. 1115. R. caule bipedali altioreque, erecto, ramosiore; foliis *radical.* et *inferiorb.* petiolatis, palmato-5-lobis, profunde angusteque inciso-dentatis, hirsutis, lobis obtusis, medio 3-fidis, *caul.* digitato-5-lobis, vel lobis 2- aut 3-fidis, acute serratis, *floralb. summis* plerumque sessilibus, 3-fidis, lineari-acutis; pedunculis filiformibus, striatis, subpilosis, bracteis lineari-subulatis, floribus speciosis albis. *Fl. D.* t. 111.
Platane-leav'd Crow-foot. A. *La Renoncule à feuilles de Platane.* G. *Platanusblättriger H.* G. *Platanlevelü békavirág.* H.
In sylvis densis humidisque post Parajd nempe prope Ortum *Cochelü minoris.* Jul. Aug. P.

** FRUCTUS TUBERCULATO-ACULEATI.

Philonotis Ehrh.. 1116. R. radice fasciculata, crassa, lignosa; caulibus pedalibus, erectis, fistulosis, ramosis, sulcatis, hirsutis; foliis *radical.* longe petiolatis, 3-natis, foliol. 3-lobis, lob. profunde incisis, dentatis, apicibus puncto niveo terminatis, *caul.* alternis, breviter petiolatis, 5-fidis, lac. incise acuteque dentatis, *summ.* 3-fidis, angustioribus, laciniis linearibus, integerrimis, supra hirsutis, subtus pallidioribus, villosis; pedunc. 3-vel multifloris, sulcatis; bracteis linearibus, apice albo-punctatis, calyce reflexo, villoso, corolla lutea, patente, limbo subemarginato, squama nectarifera biglandulosa;

fructb. globosis, uno latere marginaliter tuberculatis, stigmate hamato coronatis. *H. Germ.* n. 194. *C. L.* 2. t. 40. *R. sardous Crantz.* Aust. p. 111. n. 2. *R. hirsutus.* H. Kew.

Hairy Crow-foot. A. *La Renoncule velue.* G. *Rauhhaariger H.* G. *Borzas békavirág.* H. *Il Ran. irsuto.* I.

In pomariis elatioribus umbrosisque ad Ujégyháza ibidem *in dem neuen Garten*; item juxta Segesvár scil. versus *Knopf* et *Attilasloch* alibique. Maj. Jun. P.

* *laciniatus.* 1117. R. caule pedali, erecto, tereti, striato, pilis rufis sursumque spectantibus adpressisque vestito, dichotomo, ramoso; fol. *radical.* petiolatis, 3-natis, lob. 3 fido-laciniatis, lac. 2- vel 3-fidis, linearibus, acute dentatis, utrinque sericeo-pilosis, *caul.* sessilibus, alternis, amplexicaulibus, 3-fidis, lacinia terminali reliquis longiore; pedunc. axillaribus terminalibusque, longis, filiformibus, dense pilosis, solitariis, 1-floris, cal. patente, villoso, petalis luteis, subtus venosis, limbo emarginatis; fructb. submuricatis, saturate viridibus, stylo brevi erectoque coronatis.

Geschlitztblättr. Hf. G.

In montibus siccioribus ad Ujégyháza nempe *in dem neuen Garten.* Maj. Jun. P.

arvensis L. 1118. R. caule cubitali pedalive, erecto, tereti, sulcato, striato, glabro, dichotomo; fol. *radic.* in orbem digestis, longe petiolatis, 3-partitis, lobis apice 3- s. 4-dentatis; *caul.* alternis decompositis, 3-natis, petiolatis, foliol. 3-lobis; segmentis 2- v. 3-fidis, lac. lineari-lanceolatis, dentatis integerrimisve, *summ.* sessilibus, multifidis; pedunc. lateralibus terminalibusque, solitariis, 1-floris, compressiusculis, scabris, cal. villoso, patente, lutescente, petalis sulphureis, squama nectarifera obcordata, crenata; fructb. plerumque 5, semilunaribus, compressis, utrinque aculeatis, mucrone echinato terminatis.

Bieb. *C.* II. n. 1089. *Fl. D* t. 219. *C. L.* 6. t. 36 *E. B.* t. 135. *R. echinatus Cr. A.* p. 118.
Corn, Field, or *Aculeated Crow-foot; Hungerweed.* A. *La Renoncule des champs.* G. *Acker* s. *Stachel H.* G. *Mezei békavirág.* H. *Il Ran. campestre.* I.
In agris cultis, pratis lapidoso-macilentis et vineis depressis valde communis. Jun. Jul. A.

*** FRUCTUS TRANSVERSIM STRIATI; FLORIBUS ALBIS.

hederaceus L. 1119. R. caulibus repentibus, praelongis, ad ramificationes radicantibus, teretibus, articulatis, glabris; fol. alternis oppositisque, petiolatis, glabris, obsolete 3-lobis, lob. emarginatis, apice macula nigra notatis; florb. axillaribus, oppositifoliis, pedunc. crassiusculis, solitariis, 1-floris, erectis, *fructif.* declinatis, foliol. calycinis glabris, margine albidis, pet. integris, niveis, basi poro nectarif. instructis, filament. 5, 10 plurimisve; fructb. ovatis, rugosis, linea eminente viridi semilunarique notatis. *Fl. D.* t. 321.
Ivy-leav'd Crow-foot. A. *La Renoncule à feuilles de Lierre.* G. *Epheublättriger H.* G. *Faileveiü békavirág.* H.
In stagnis juxta Köhalom ibidem *im todten Alt* etc. Jun. Jul. P.
heterophyllus. Roth. 1120. R. caulibus bipedalibus, tenuibus, sub aqua repentibus, dichotomis, sulcatis, glabris; fol. alternis, glabris, *emersis* natantibus, subcoriaceis, reniformibus, palmato-5-lobis, lob. rotundatis, emarginatis, *submersis* capillaceis supradecompositis, multifidis; florb. terminalibus solitariis, pedunc. longis, teretibus, sulcatis, nudis, cal. reflexo, pet. subrotundis, albis, basi nectario-poriformi instructis. *E. B.* t. 101. *R. aquatilis. W. Carp.* n. 563. *Fl. D.* t. 376. *R. diversifolius Schrank. R. peltatus Moench.*

Water Liver-wort. A. *La Renoncule à feuilles diverses.* G. *Verschiedenblättriger H.* G. *Békaboglárka.* H.

In piscinis, rivulis et stagnis frequens. Jun. Jul. P.

divaricatus Schrank. 1121. R. caulibus fluitantibus, basi ramosis, teretibus, sulcatis, fuscis, superne hispidis; fol. omnibus capillaceis, rotundatis, supradecompositis, multifidis, breviter petiolatis, lac. divergentibus, subcompressis; pedunculis axillaribus terminalibusque, sulcatis, nudis, foliol. calycinis cordato-ovatis, coriaceis, extus villosis, petalis pusillis, albis; semnb. muricatis. *R. aquatilis L.* var. γ. *R. rigidus Pers.*

Water Crow-foot. A. *La Renoncule à feuilles diverges.* G. *Auseinandergesperrter H.* G. *Tavaszi békavirág.* H.

In stagnis fossiculisque communis. Jun. Jul. P.

peucedanifolius Reich. 1122 R. caulibus longis, crassis, teretibus, glabris, fluitantibus; fol. alternis, basi latis, amplexicaulibus, glabris, rigidiusculis, capillaceis, 2-partito-multifidis, lac. teretibus, plerumque apice 2-fidis; pedunculis solitariis, lateralibus, 1-floris, calycinis foliolis albido-viridibus, pilosis, reflexis, pet. albis, subrotundis, ad unguem fovea insigni nectarifera instructis; semb. verrucoso-villosis. *R. aquatilis.* L. *R. fluviatilis Roth.*

Hair-strong's leav'd Crow-foot. A. *La Reconcule à feuilles de Peucedane.* G. *Haarstrangblättriger H.* G. *Hinarós* v. *Szóristránglevelü békavirág.* H.

In fluviis et stagnis versus Parajd, Csik- Szereda et Kőhalom nempe *im todten Alt* copiose. Jul. — Aug. P.

**** FRUCTUS APICEM VERSUS FALCATI.

falcatus Jacq. 1123. R. radice fibrosa; scapo pollicari digitalive, 1-floro, pubescente; fol. cespitosis, petiolatis, cuneiformibus, 3-partitis, lac. multifidis, inaequalibus, lineari-subfalcatis;

cal. lanuginoso, pet. erectis, flavis; fructb. falcato rostratis, pubescentibus, lanuginosis. *J. A.* t. 48. R. testiculatus. Cr. A. p. 119. *Ceratocephalus falcatus*; *Pers. Ench.* I. p. 341. Craterogonum hispanicum. *Barr. ic.* 376. f. 2.

Falcated Crow-foot. A. *La Renoncule faucillière.* G. *Siechelförmiger Hahnenfuss.* G. *Sarlóformú békavirag.* H.

In agris cultis neglectisque prope Déva; Máros-Némethi; Karoly-Fejérvár et Kolosvár etc. frequens. Apr. Maj. A.

***** FRUCTUS NONDUM EXPLORATI.

polyphyllus *Kit.* 1124. R. caule erecto, solitario, digitali, ramoso, ramis dichotomis pusillis; fol. *submersis* oblongis, longe petiolatis, integerrimis (petiolis capillaribus), *natantibus* cuneiformi-3-lobis, lobis subintegris, *emersis* ellipticis, stipulis obtusis, membranaceis, albidis; florb. luteis, pedunculis teretibus, aphyllis, petalis calyce paullo longioribus; germnb. subcompressis, oblique ovatis, nudis, stigmate obtusiusculo subrecurvo coronatis. *W.* et *K.* t. 45. *Lam. Encl.* T. VI. p. 130. n. 78.

La Renoncule polyphylle. G. *Vielblättriger Hahnenfuss.* G. *Soklevelü békavirág.* H.

In piscinis stagnisque juxta Déva et Károly Fejérvár etc. frequens. Apr. Maj. Rad. fibrosa, annua.

CCCV. TROLLIUS. L. G. 954. *Butter*, or *Troll-Flower.* Angl. *Le Trolle.* Gall. *Trollblume.* Germ. *Torolya.* Hung.

CH. GEN. *Cal.* o. *Cor.* polypetala; petalis aequalibus, incurvis. *Nect.* 9, linearia, complanata, tubulosa, subtus convexa, basi introrsum perforata. *Caps.* plurimae, ovatae, 1-loculares, bivalves, polyspermae. *Sem.* ovata.

europaeus. L. 1125. T. caule pedali, erecto, subsimplici, tereti, sulcato, glabro; fol. *radical.* in orbem digestis, longe petiolatis, 5-partitis; lob.

3-fido-inciso-dentatis, *caul.* alternis sessilibus, *summ.* 5-fidis, lac. lineari-lanceolatis, acute dentatis, semiamplexicaulibus; flore terminali, erecto, globoso, nudo, vitellino; pet. in 2 series dispositis, obtusis, incurvis, apice conniventibus; nectariis staminum longitudine. *Bieb. C.* II. n. 1094. *W. Carp.* n. 564. *E. B.* t. 28. *Fl. D.* t. 133. *Schkh.* t. 133. R. glomerato flore. *Cl. h.* 1. p. 237.

Flowers Globe Crow-foot; *Common Troll-Flower.* A. *Le Trolle d'Europe*; ou *globuleux.* G. *Gelbe Kugelblume*; *grosser Berghahnenfuss.* G. *Bogláros* v. *Europai Torolya*; *Sárga golyóbisvirág.* H.

In pratis depressis elatioribusque umbrosis per totam fere provinciam. Varietas caule majore ramosoque in nemoribus et sylvis subalpinis frequenter crescens. *Troll. altissimus Crantzii* est. Jun. Aug. P.

CCCVI. ISOPYRUM L. G. 935. *Isopyrum.* Angl. Gall. et Germ. *Galamó.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* o. *Cor.* 5-petala. *Nect.* 3-fida, tubulosa. *Caps.* polyspermae, recurvae.

thalictroides L. 1126. I. radice fasciculata; caule palmari cubitalive erecto, tereti, debili, sulcato, glabro, superne dichotomo; folio *radicali* petiolato 2- v. 3-fido, foliol. obtusis, apice 2-3-lobisve, *caul.* petiolatis, *summis* 3-natis, foliol. 2-3-lobisve, obtuse dentatis, stipulis ovatis; pet. obtusis, niveis, nect. foliolis receptaculo insertis; germnb. solitariis saepissime 3. *J. A.* t. 105. *W. Carp.* n. 565. Ran. Thalictri folio. *Cl. Pann.* p. 379. ic. Ran. praecox. III. Thal. folio. *Ej. h.* I. p. 233. ic.

L' Isopyron thalictróide. G. *Wiesenrauteartiges Isopyrum.* G. *Virnántzlevelü galamó.* H.

In pomariis umbrosis et nemoribus elatioribus valde commune. Apr. Maj. P.

CCCVII. HELLEBORUS. L. G. 956. *Hellebore.* Angl. *L'Ellebore.* Gall. *Nieswurz.* Germ. *Húnyor.* Hung.

CH. GEN. *Cal.* o. *Cor.* persistens, 5-petala. *Nect.* plurima in orbem disposita, 1-phylla, tubulosa, ore bilabiata. *Caps.* sessiles, erectiusculae, 1-loculares, 1-valves, polyspermae.

niger L. 1127. H. scapis subpedalibus, erectis, teretibus, subflexuosis, 2-floris, subnudis; fol. pedatis, foliol. 7-enis, cuneiformi-lanceolatis; bracteis alternis, subovatis, subintegris, pet. obtusis niveis, nectarii labio superiore emarginato; germnb. 3. vel 5. *J. A.* t. 201.

Black Hellebore. A. *L'Ellebore noir.* G. *Schwarze Christ* s. *Nieswurz.* G. *Fekete hùnyor.* H. *Il Elleboro nero.* I. *Eleboro negra* s. *Jarba Nebuni-loro.* V.

In sylvis alpestribus Barcensibus Fagarasiensibusque frequens. Feb. Apr. P.

viridis L. 1128. H. caule pedali, erecto, glabro, superne dichotomo, ramis 2-floris, foliosis; foliis radical. longe petiolatis, digitatis, duris, glabris, foliol. 7-nis, lanceolatis, serratis, lateralb. palmato 3- vel 4-partitis, basi vaginantibus; florib. terminalibus, pedunculatis, cernuis, viridiusculis, germnb. 3, v. 5. *J. A.* t. 106.

Green Hellebore. A. *L'Ellebore verd.* G. *Grünblühende Niesw.* G. *Szöld hùnyor.* H. *Il Elleboro verde.* I.

In sylvis subalpinis Barcensibus communis. Maj. Jun. P.

purpurascens Waldst. 1129. H. caulibus palmaribus pedalibusve, erectis, obtuse angulatis, superne compressiusculis, dichotomis, laete viridibus, basi sanguineis nudis, glabris, ramis foliosis; fol. *radical.* longe petiolaltis, digitatis; *caul.* sessilibus, semiamplexicaulibus, 3-partitis, lob. lateralibus, 2-fidis, medio 3-fido, lac. oblongo-lanceolatis, acute serratis, floralb. 2- v. 3-lobis, lob. integerrimis s. incise dentato-serratis, glandula basi foliorum solitaria, subrotunda, flavescente; pedunculis terminalibus, 3-quetris, crispatis, subcernuis, 1-floris, cor. ante anthesin globoso-ovata, nutante, dein campanulato-patente, intus

glauco - viridi, extus e cupreo - livida, striis ramosisque purpureis notata, nectariis 14-20, glandulis minutis globosis pellicudisque ornatis, breviter pedicellatis, tubulosis, tubo basi tereti inflatis, ore bilabiato; germnb. 3, plerumque 5, (passim 7 vel 9), receptaculo columnari insertis, capsulis inflato - compressiusculis, 2-carinatis, rostratis, 1-locularibus, 2-valvibus; semnb. suturae adfixis. *W.* et *K.* t. 101. *W. E.* I. p. 592.

Purple coloured - Hellebore. A. *L'Ellebore pourpré.* G. *Purpurfärbige Nieswurz.* G. *Piros hùnyor.* H.

In pomariis elatioribus et nemoribus montosis; item pratis subalpinis fruticetisque per totam Transsylvaniam copiosissime Mart. — Maj. P.

CCCVIII. CALTHA L. G. 957. *Marsh - Marygold.* Angl. *La Populage.* Gall. *Schmalzblume.* Germ. *Sárvirág.* H.

CH. GEN. *Cal.* o. *Cor.* 5 - petala. *Nect.* o. *Styl.* o. *Caps.* plures, connatae, compressae, stellatae, 1-loculares, 1-valves, polyspermae.

palustris. L. 1130. C. caulibus basi plerumque decumbentibus, dein erecto - dichotomis, sulcatis, glabris; fol. petiolatis, suborbiculatis, obtusis, crenatis, nitidis, glabris; *summ.* petiolatis; pedunc. terminalibus, 1 - floris, florib. speciosis, ex aureo - luteis. *Bieb. C.* II. n. 1097. *W. Carp.* n. 566. *Fl. D.* t. 668. *C. L.* 1. t. 40. *E. B.* t. 506.

Yellow flowered Marsh Marygold; *Meadow-Bouts.* A. *La Populage commune*; *Le Souci des marais.* G. *Gemeine Schmalzblume*; *grosse Butterblume*; *Sumpf - Dotterblume*; *teutsche Kappern.* G. *Motsári sárvirág*; *Sárga viola*; *Gólyvirág*; *Német Kaporna.* H. *La Calta palustre, o il Cappero tedesco.* I.

In pratis humidis et nemoribus paludosis; item in udis alpestribus vulgatissime; Vere et Aut. P.

B. Flores Androgyni.

α. *Completi.*

CCCIX. SAGITTARIA. L. G. 1441. *Arrow-head.* Angl. *La Flechière.* Gall. *Pfeilkraut.* Germ. *Nyélyü.* Hung.

Ch. Gen. Masc. *Cal.* 3 phyllus. *Cor.* 3-petala. *Fil.* 30. *Anth.* erectae. Fem. *Cal.* et *Cor.* ut in Mare. *Germ.* numerosa, stylis brevibus et stigmatibus acutis instructa. *Recept.* globosum. *Sem.* plurima, nuda.

sagittaefolia. L. 1131. S. scapo pedali, erecto, simplici, nudo, anguloso-sulcato; foliis petiolatis, exacte sagittatis, utrinque acutis, integerrimis, planis, natantibus, dein emerso-erectis; florb. verticillatis, pedunculatis, verticillis remotis, plerumque 3-floris, bracteis ovatis, obtusis, membranaceis, brevibus, petalis ex albo rubris; semnb. oblongo marginatis. *Fl. D.* t. 172. *Schkh.* t. 298.

Common Arrow-head. A. *La Flechière commune ou aquatique.* G. *Gemeines Pfeilkraut.* G. *Közönséges nyílfü.* H. *La Saetta comune.* I.

In piscinis stagnisque valde vulgaris. Jun. Jul. P.

β. *Incompleti.* AMENTACEAE.

CCCX. QUERCUS. L. G. 1447. *Oak-tree.* Angl. *Le Chêne.* Gall. *Eiche.* Germ. *Tölgyfa.* Hung.

Ch. Gen. Masc. *Ament.* cylindricum laxum. *Cal.* fere 5-fidus. *Cor.* 0. *Stam.* 5, vel 10. Fem. *Cal.* 1-phyllus, integerrimus. *Cor.* 0. *Involucr.* imbricatum. *Stigm.* 3, vel 5. *Nux* ovata, solitaria, calyce persistente basi involucrata.

Robur. L. 1132. Q. arbor praealta, cortice rimoso cinereo obducta, ramis cortice glabro vestitis; fol. alternis, petiolatis, oblongo-ovatis, obtusis, superne saturate viridibus, nitide glabris, reticulatis, sinuatis, lobis ovato-obtusis; amen-

tis *masculis* laxis, pendulis, multifloris; *femineis* supra mascula multo brevioribus, 4- vel 10-floris; florib. pusillis, alternis, ovatis, rubellis; glandibus confertis 2, vel 4, ovatis, sessilibus; acumine brevi obtusoque terminatis, utrinque obtusis, glabris, capsula scabra insidentibus. *Schkh.* t. 301. l. *Bieb. C.* II. n. 1912. *R.* et *Ab.* t. 1.

Red Oak. A. *Le Chêne mâle.* G *Stein - Wintereiche*; *gemeine Eiche.* G. *Téli tölfa.* H. *La Quercia comune.* I. *Stézsár.* V.

In hortis, ambulacris, nemoribus, pomariis et sylvis, item ad hortorum sepes etc. vulgatissime. Maj. Ar.

pedunculata Ehrh. 1133. Q. arbor praealta, cortice cinereo rimoso obducta, ramis alternis, glabris, e viridi-rubellis; foliis brevissime petiolatis, oblongis, sinuato-lobatis, glabris, supra subrubentibus; glandibus solitariis, vel binis, rariter 3 conjunctis, longe pedicellatis, oblongiusculis, majoribus. *Bieb. C.* II. n. 1914. *Fl. D.* t. 1180. *Schkh.* t. 201. *R.* et *Ab.* t. 2. *Q. Robur α. pedunculata. W. Carp.* n. 992.

Forest, or *Wood-Oak.* A. *Le Chêne à grappes*, ou *blanc.* G. *Sommer - Stiel* s. *Waldeiche.* G. *Nyári* v. *Erdei tölfa.* H. *La Qu. estiva.* I.

In nemoribus pomariisque ubique. Apr. Maj.

pubescens Willd. 1134. Q. arbor mediocris; fol. lateralibus, alternis, breviter petiolatis, oblongo-obovatis, sinuatis, subtus pubescentibus, supra saturate nitideque viridibus, lob. obtusis, angulatis, integris, basi cuneatis; glandibus subsessilibus, ovatis, obtuse mucronatis. *Second. M. du Chêne.* t. 5. *Bieb. C.* II. n. 1915.

Le Chêne velu, ou *noir.* G. *Weichhaarige Eiche* G. *Szőrőslevelű tölgyfa.* H.

In nemoribus montosis ad Húnyad, Déva etc. Maj. Ar.

austriaca Willd. 1135. Q. foliis oblongis, levissime sinuatis, subtus pubescentibus, basi angulatis, lobis brevissimis, obovatis, acutiusculis, integerrimis 2-dentatisque; caps. glandis globo-

si echinatis. *Q. Cerris. Host.* Cerrus *Cl. h.* I. p. 20. ic. *Ej. Pann.* p. 10. et 11. ic.

Austrian Oak. A. *Le Chêne d'Autriche.* G. *Oesterreichische Eiche.* G. *Austriai tölgyfa* v. *Tserfa.* H. *La Qu. dell' Austria.* I.

In sylvis montosis Hunyadensibus vulgaris. Maj. Ar.

Cerris L. 1136. Q. arbor cinereo cortice obducta, ramis junioribus e fusco-pubescentibus; fol. breviter petiolatis, oblongis, lyrato-pinnatifidis, subtus pubescentibus, lac. acutiusculis, dentatis; amentis filiformibus, axillaribus; glandibus sessilibus, capsula crinito-hispida insidentibus. *D. R. Bz.* Ed. 2. p. 259. t. 5. f. 1. *W. En.* II. p. 978.

Turkey Oak. A. *Le Chêne lacinié.* G. *Geschlitztblättrige Zerreiche.* G. *Tserfa.* H. *Il Cerro.* I.

In sylvis montosis ad Déva, Maros Némethi; Húnyad, Dobra etc. frequentissime. Maj. Arb. alta.

CCCXI. JUGLANS. L. G. 1446. *Walnut-tree.* Angl. *Le Noyer.* Gall. *Wallnussbaum.* Germ. *Diófa.* Hungar.

CH. GEN. MASC. *Ament.* imbricatum. *Cal.* 1-phyllus, 6-partitus, squamaeformis. *Cor.* o. *Filam.* 18. FEM. *Cal.* 4-fidus, campanulatus, superus. *Cor.* 4-partita. *Styl.* o. *Stigm.* 2. *Drup.* subrotunda s. oblongo-ovata. *Nucl.* gyrosus.

Regia. L. 1137. J. arbor *junior*, cortice e viridi bruneo nitidoque, *adultior* cinereo laevique, obducta; foliis subnovenis, impari-pinnatis; foliol. ovato-lanceolatis, integerrimis, petiolatis, glabris; drupis diversae magnitudinis figuraeque. *Blw.* t. 247.

Common Walnut-tree. A. *Le Noyer Royal.* G. *Gemeiner Wallnussbaum.* G. *Közönséges diófa.* H. *Il Noce comune.* I.

In elatioribus ad nemorum vinearumque margines, scil. prope Sz. Ersébeth, Szelindek etc.; in S. Segesvár ibidem *in der Wüstung*; item in hortis, pomariis, vinetis prope Szeben, Segesvár, Beszterze; Kolosvár etc. item in ambulacris et ad pagos viasque haud infrequens. Maj. — Ar.

CCCXII. CASTANEA. *Scop. Chest-Nut-tree.* Angl. *Le Chataignier.* Gall. *Kastanienbaum.* Germ. *Gesztenyefa.* Hung.

Ch. Gen. Masc. *Ament.* cylindricum, confertum. *Cal.* 6-partitus; foliol. linearibus obtusis, patentibus. *Fil.* 5, vel 20. Fem. *Cal.* 3- s. 4-fidus, persistens, echinatus. *Cor.* 6-petala, supera, tomentosa. *Styl.* 6. *Caps.* 4-loculares, 4-valves, extus spinosae *Nuces* 2, vel 3 includentes.

vesca Gaertn. 1138. C. arbor cortice laete-fusco vestita; fol. alternis, petiolatis, ovato-lanceolatis, acuminatis, utrinque glabris, serratis, serraturis hamis reflexis armatis; amentis longis, pendulis, laxis, filiformibus, florb. *masc.* alternis, remotiusculis, sessilibus, compositis; *fem.* plerumque solitariis, infra amenta; capsulis extus spinosis, ramosis, rigido-echinatis; nucibus hinc convexis, inde planiusculis, e fusco-bruneis. *G. Fruct.* I. t. 37. f. 1. *Bieb. C.* II. n. 1917. *Fagus Castanea. Linn* et *Blw.* t. 330.

Cultivated Chest-Nut. A. *Le Chataignier cultivé.* G. *Essbarer* s. *zahmer Kastanienbaum.* G. *Szelíd gesztenyefa.* H. *Il Castagno domestico.* I. *Chestane.* V.

In pomariis elatioribus juxta Keresd ibidem quasi spontanea, item in vinetis copiose. Maj. Jun. Ar.

CCCXIII. FAGUS. L. G. 1448. *Beech-tree.* Angl. *La Fau* ou *L'Hétre.* Gall. *Buchbaum.* Germ. *Bikfa* Hung.

Ch. Gen. Masc. *Ament.* conico-ovatum. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 0. *Stam.* 8-12. Fem. supra Masculos. *Cal.* persistens, 4-phyllus, setosus. *Cor.* 6-petala. *Styl.* s. *Stigm.* 3, reflexa. *Caps.* echinatae, 4-loculares, 4-valves. *Nuces* 3-quetrae, coriaceae.

sylvatica L. 1139. F. arbor exalta, cortice cinereo glabroque obducta; fol. petiolatis, alternis, ovatis, acuminatis, obsolete serratis, venosis, ciliatis, laete nitideque viridibus, glabris; amentis

subrotundis, obtusis, longe pedunculatis, apice ramorum fasciculatis; florb. femineis subsolitariis, pedunculo villosissimo rigidioreque insidentibus; capsulis extus spinosis, nucleos 2, 3 vel 4 acuminatos includentibus. *R.* et *Ab.* t. 6. *Bieb. C.* II. n. 1916. *W. Carp.* n. 993.

Common Beech-tree. A. *Le Fouteau* ou *L'Hêtre des forets.* G. *Gemeine Weissbuche.* G. *Fejér bikfa.* H. *Il Faggio comune.* I.

In ambulacris, dumetis, fagetis, nemoribus, pomariis sylvisque fere ubique in magna copia. Apr. Maj. Ar.

CCCXIV. CARPINUS. L. G. 1449. *Horn-beam.* Angl. *Le Charme.* Gall. *Hainbuche.* Germ. *Gyertyánfa.* Hung.

Ch. Gen. Masc. *Ament.* squamis 1-floris, ovatis, ciliatis constans. *Cor.* o. *Fil.* 16-20. *Anth.* apice bipartitae, pilosae. Fem. *Strob.* squamis 3-lobis, 1- vel 2-floris villosisque compositus. *Styl.* 2, filiformes. *Nux* ovata, angulata calyce persistente coronata.

Betulus. L. 1140. C. arbor cortice cinereo obducta; fol. alternis, petiolatis, ovatis, acuminatis, duplicato-serratis, rugosis, glabris, margine pilosis; glandulis basi petiolorum ovatis; strobili squamis planis, laxis, profunde 3-lobatis; lobis lanceolatis, *medio* integerrimo reliquis longiore. *R.* et *Ab.* t. 12. *Bieb. C.* II. n. 1919. *W. Carp.* n. 994.

Common Horn-beam. A. *Le Charme commun.* G. *Hain* s. *Rothbuche.* G. *Közönséges gyertyánfa.* v. *Tsertölgyfa.* H. *Il Carpino comune.* I.

In dumetis, hortis, nemoribus, ambulacris, pomariis sylvisque et ad pagos sepesque ubique. Apr. Maj. Ar.

CCCXV. CORYLUS. L. G. 1450. *Hazel-Nut-tree.* Angl. *Le Coudrier.* Gall. *Haselnufsstrauch.* Germ. *Mogyorófa.* Hung.

Ch. Gen. Masc. *Ament.* squamis 3-fidis constans. *Cor.* o. *Stam.* 6-8. Fem. *Cal.* 2-phyllus, lace-

rus. *Cor.* o. *Styl.* 2. *Drupa* calyce tecta, ovata, basi derasa, nucleum recondens.

Avellana L. 1141. C. arborescens, ramis alternis, junioribus pubescentibus; fol. alternis, petiolatis, obovatis, acuminatis, inciso-serratis, rugosis, costis cum margine pilosis; stipulis ovato-obtusis; amentis terminalibus, cylindraceis, pedunculis ramosis insidentibus, pendulis, florb. femineis in gemmis ramulorum terminalibus, 3 vel 4-nis; drupa subrotunda, obtusa, glabra, calyce apice simpliciter laciniato obvallata. *Sieb.* *C.* II. n. 1921. *Blw.* t. 293. *Cl.* *h.* I. p. 11. ic.

Wild Hazel-nut-tree. A. *Le Noisetier des bois.* G. *Gemeiner Haselnufsbaum.* G. *Közönséges mogyoróſa.* H. *Il Avellano*; *La Nocciuola.* I. *Aluna.* V.

In dumetis, nemoribus, pomariisque et ad hortorum, pomariorum vinearumque sepes valde communis. Febr. et Mart. Fr. et Ar. mediocris praeprimis versus passum *Ojtas.*

tubulosa Willd. 1142. C. frutescens, ramis bruneis punctis albis notatis; fol. subrotundis, cordatis, acuminatis, utrinque pilosis, dentatis, stipulis oblongis, obtusis; calycibus fructus tubuloso-cylindraceis, inciso-dentatis; drupa oblonga, apice lana tenui vestita, nucleo cortice saturate rubro obtecto. *C. maxima.* *α.* *L. Ill.* t. 780. f. g.

Red Hazel-nut; *Filbert Nut-tree.* A. *Le Noisetier à fruits rouges.* G. *Rothe Haselnufs*; *Bart. Blut-* s. *Lambertsnufs.* G. *Tsövés mogyoróſa.* H. *La Nocciuóla della Lombardia.* I.

Hinc indeque ad hortorum pomariorumque sepes passim. Mart. Fr.

C. Flores Diclini.

CCCXVI. STRATIOTES. L. G. 1541. *Water-Soldier.* Angl. *La Stratiote.* Gall. *Wasserscheere.* Germ. *Kolokány.* Hung.

CH. GEN. MASC. *Spath.* communis, diphylla. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* 3-petala. *Nect.* 20-30. *Stam.* 12-

20. plurimaque, 3 inferiora stylifera. FEM. *Cal.* et *Cor.* Maris. *Styl.* 6, bifidi. *Caps.* 6-locularis, infera, polysperma.

Aloides. L. 1143. Str. scapo subpedali, ancipiti, nudo, marginibus acutis subaculeato; *masc.* multifloro, *fem.* 1-floro, foliis breviore; fol. ensiformibus, 3-angularibus, canaliculatis, acuminatis, glabris, dorso laevibus, margine serrato-aculeatis; spatha persistente, obtusa, compressa, carinata, acute serrata, nectariis breviter pedicellatis, croceis. *Fl. D.* t. 1337.

Fresh Water-Soldier; *Water Aloes.* A. *La Stratiote à feuilles d' Aloé.* G. *Aloeblättrige Wasserscheere*; *Wasserbitter.* G. *Aloélevelü vízi fülfü*; *Imergyökér.* H.

In stagnis juxta Szász-Város et Dobra; in piscinis ad pagos Telek et Kesdi-Sz. Iván ad sedem Háromszék pertinentes, etc. Jun. Jul. P.

CLASSIS XIII.

DIDYNAMIA.

CONSPECTUS GENERUM.

Ordo I. Pericarpifferae.

* CALYCES QUINQUEDENTATI.

CCCXVII. AJUGA.
CCCXVIII. TEUCRIUM.
CCCXIX. SATUREJA
CCCXX. HYSSOPUS.
CCCXXI. NEPETA.
CCCXXII. VERBENA.
CCCXXIII. SIDERITIS.
CCCXXIV. MENTHA.
CCCXXV. GLECOMA.
CCCXXVI. LAMIUM.
CCCXXVII. GALEOPSIS.
CCCXXVIII. GALEOBDOLON.
CCCXXIX. BETONICA.
CCCXXX. STACHYS.
CCCXXXI. BALLOTA.
CCCXXXII. MARRUBIUM.
CCCXXXIII. LEONURUS.
CCCXXXIV. CHAITURUS.
CCCXXXV. PHLOMIS.

** CALYCES BILABIATI.

CCCXXXVI. CLINOPODIUM.
CCCXXXVII. ORIGANUM.
CCCXXXVIII. THYMUS.
CCCXXXIX. MELISSA.
CCCXL. CALAMINTHA.
CCCXLI. DRACOCEPHALUM.
CCCXLII. MELITTIS.
CCCXLIII. SCUTELLARIA.
CCCXLIV. PRUNELLA.

Ordo II. Capsuliferae.

* CALYCES QUADRIFIDI.

CCCXLV. BARTSIA.
CCCXLVI. RHINANTHUS.
CCCXLVII. ODONTITES.
CCCXLVIII. EUPHRASIA.
CCCXLIX. MELAMPYRUM.
CCCL. LATHRAEA.

** CALYCES QUINQUEFIDI.

CCCLI. TOZZIA.
CCCLII. PEDICULARIS.
CCCLIII. LINARIA.
CCCLIV. ANTIRRHINUM.
CCCLV. CYMBALARIA.
CCCLVI. SCROPHULARIA.
CCCLVII. DIGITALIS.
CCCLVIII. LINDERNIA.
CCCLIX. LIMOSELLA.
CCCLX. OROBANCHE.

CLASSIS XIII.

DIDYNAMIA.

Ordo I. Pericarpiferae.

* CALYCES QUINQUEDENTATI.

CCCXVII. **Ajuga.** L. G. 959. *Bugle.* Angl. et Gall. *Günsel.* Germ. *Infü.* Hung.

Ch. Gen. *Cor.* ringens utrinque pilosa. Lab. *super.* minimum, bidentatum; *infer.* trilobum; lobo medio reliquis majore, obtuse cordato. *Filam.* pilosa. *Peric.* oblongum s. subrotundum.

* BUGULAE.

pyramidalis L. 1144. A. caule erecto, simplici, tetragono, villosissimo; foliis *radical.* obtusis, basi attenuatis, villosis, *caul. infimis* reliquis longioribus, subpetiolatis, obovatis, crenatis, *floralb.* ovatis, serratis; bracteis coloratis, verticillis plerumque 5-floris, floribus caeruleis, passim sanguineis, vel niveis, lobo labii corollae inferioris medio emarginato. *Fl. D.* t. 185. *E. B.* t. 1270. *W. Carp.* n. 567.

Mountain Bugle, or Sicklewort; Middle-Consound. A. *La Bugle pyramidale.* G. *Berg-* s. *Hain-* s. *py-*

ram denförmiger Günsel. G. *Piramisforma infü.* H. *La consolida Mezzana*; *Morandela*; *Erba Laurentina.* I.

In collibus montosis, nemoribus sylvaticisque fere ubique et in pomariis juxta Segesvár, Brassó etc. frequens. Apr. — Aug. P.

genevensis L. 1145. A. caule palmari, erecto, simplici, subpiloso; foliis ovato-oblongis, angulato-dentatis, *caul. infimis* reliquis plerumque angustioribus brevioribusque lineatis, *floralb.* plerumque trilobis, lobis lateralibus bidentatis, integerrimis, *medio* longiori; bracteis ovato-lanceolatis, serratis, cruciatim oppositis, *summis* oblongo-lanceolatis, integerrimis, tomentosis, verticillis saepe 4 — 8, calycibus purpurascentibus, villosissimis, corollis caeruleis (passim e purpureo carneis, raro niveis). *Bugula montana. Riv. M. irr.* t. 140. f. 2.

Geneva Bugle. A. *La Bugle de Genève.* G. *Genfer Günsel.* G. *Genevai infü.* H. *La consolida de Geneva.* I.

In nemoribus montosis ad sedem Ujégyház nempe juxta pagos Holzmány et Glimboka; item ad nemorales margines prope Kőhalom ibidem *im Römerbusch* etc. Maj. P.

alpina L. 1146. A. caulibus palmaribus, simplicibus, erectis, subvillosis; foliis caulinis *radicalia* aequantibus, *infimis* oblongo-dentatis, s. lineari-lanceolatis, *floralb.* ovatis, denticulatis, haud pictis; floribus saturate caeruleis, passim carneis. *E. B.* t. 477.

Alpine Bugle. A. *La Bugle des Alpes.* G. *Alpen G.* G. *Alpesi infü.* H. *La Consolida alpestre.* I.

In pratis subalpinis prope Brassó ibidem versus *Schülergebürge*; Piroska et Butschetsch. Maj. — Jul. P.

reptans L. 1147. A. caule cubitali, erecto, simplici, glabro, angulis alterne piloso, stolonifero, stolonibus decumbenti-reptantibus, foliiferis; foliis *radic.* longe petiolatis, maximis, obovatis,

obtusis, crenatis, utrinque pilosis; bracteis coloratis, verticillis 6-floris, villosis, inferioribus remotioribus, floribus e cyaneo-caeruleis (passim niveis). *Fl. D.* t. 925. *C. L.* 2. t. 43. *E. B.* t. 489. *W. Carp.* n. 568. *Bugula R. M. irr.* t. 75.

subviolacea. var. β. A. caule superne magis villoso, breviore, angulis e violaceo-purpureo; foliis minoribus, dense crenatis; spica verticillata, breviore densioreque, verticillis multifloris, floribus pallide e caeruleo violaceis.

Creeping Bugle. A. *La Bugle rampante*, ou *la petite Consoude.* G. *Kriechender* s. *Wiesengünsel*; *Heilkräutlein*; *Zapfenkraut.* G. *Kösép nadalyfü*; *Mászo infü*; *Fiasfü.* H. *La Consolida strisciante.* I.

In pomariis, hortis, dumetis nemoribusque, ubique frequentissime. β. in nemoribus ad Segesvár nempe *im Siechenwald.* April. — Jul. P.

** CHAMAEPITES.

Chamaepitys Schreb. 1148. A. caule procumbente, diffuso, tereti, piloso-hirsuto, inferne ramoso; foliis alternatim oppositis, pubescentibus, *imis* lanceolatis, obtusis, trinerveis, integerrimis, reliquis tridentatis, *summis* trifidis, sessilibus, laciniis linearibus, integerrimis; floribus sessilibus, axillaribus, solitariis, folio brevioribus, luteis, rubro-punctatis, corollae labio inferiore trifido, laciniis lateralibus erectis, linearibus, *media* maxima, subrotunda, emarginata, filamentis basi barbatis, stylo uno latere villoso. *E. B.* t. 77. *Teucrium Chamaepitys. Gmel. it.* I. p. 149. *Fl. D.* t. 753.

Ground Pine. A. *La Bugle, Faux-pin*; *L'ivette.* G. *Feldcypresse*; *Schlagkraut.* G. *Dinnyefü*; *Földi fenyö*; *Kalintzafü*; *Köszvényfü.* H. *Il Chamepitio.* I. *Temuitze de câmpo.*

In agris arenosis elatioribusque, et ad agrorum margines post Ujégyház nempe in via versus Oltzinna et Also-Gezes; item in agris ad Vi-

zakna; Segesvár; Kőhalom; porro ac in Cott. Kolos juxta pagos Bogartelke, Báts etc. Maj. — Jul. A.

Annott. Varietas foliis angustioribus subtusque maculis purpureis pictis in Monte *Tepéj* ante aliquot annos lecta.

CCCXVIII. TEUCRIUM. L. G. 960. *Germander.* Angl. *La Germandrée.* Gall. *Gamander.* Germ. *Tserfüvelüfü* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* tubulosus. *Cor.* lab. *superius* usque ad basin trifidum; laciniis ad latera distantibus. Lab. *infer.* tripartitum lobo *medio* subrotundo, concavo. *Fil.* cum stylo inter divisuram *lab. super.* adscendentia, exserta. *Peric.* planum, angulosum.

Botrys L. 1149. T. caule diffuso ramosissimo; foliis hirsutis, multifidis, laciniis parallelis, 2-3-fidisve s. integerrimis, obtusis; verticillis folio brevioribus, laxis 3-6. 5-floris, pedicellatis; calycibus hirsutis, basi gibbosis, corollis sanguineis, punctis albis notatis. *H. Germ.* t. 9.

Jagged; - leav'd Ground-Pine; Ambrose. A. *La Germandrée en grappes.* G. *Trauben. G.* G. *Szőlős tsertevelüfü.* H. *La Calamandrina seconda; Quercivola seconda.* I.

In agris calcareis v. c. in Sede Udvárhely prope pagum Janosfalva et in hortis oleraceis commune. Jun. Jul. A.

Laxmanni L. 1150. T. repens, villosum; caulibus semipedalibus, subsimplicibus, erectis, tetragonis; foliis semiamplexicaulibus, *infimis* reliquis brevioribus, oblongo-lanceolatis, apicem versus dentatis; *floralb.* plerumque integerrimis, supra nitide saturateque viridibus, subtus pallidioribus, nervosis, hirsutis; florb. solitariis, axillaribus, pedicellatis, corollis e viridi luride ochroleucis, lineis purpureis pictis, labio *super.* o, *infer.* 3-fido, laciniis *lateralb.* erectis, revolutis, *media* obcordata, convexa, emarginata, denti-

culata, deflexo-involuta. *W.* et *K.* t. 69. *Bieb.* *C.* II. n. 1106.

Laxmanns Germander. A. *La Germandrée de Mr. Laxmann.* G. *Laxmannischer G.* G. *Laxmann tserlevelüfüve.* H.

In montibus calcareis gypsaceisque et decliviori-bus scil. in S. Rupensi juxta pagum Dárotz, ibidem *an den Schröfen*; in herbidis montosis, *die Mezöség* nempe inter Kolos et Torda ibidem versus *Hasádeka*; juxta Károly-Fejérvar nempe supra vineta etc. Maj. Jun. P.

Scorodonia L. 1151. T. hirsutum; caule erecto, articulato; foliis petiolatis, cordato-ovatis, acuminatis, dentatis, rugoso-hirsutis; *floralb.* exiguis, integerrimis; racemis axillaribus, secundis, laxis, basi nudis; calycibus glabris, lacinia *summa* reliquis latiore, corollis ochroleucis, tubo longo, staminibus post anthesin reflexis. *Fl. D.* t. 485. *C. L.* 5. t. 40. *Riv. M. irr.* t. 12.

Wood Germander, or *Sage.* A: *La Germandrée sauvage*; *la Sauge sauvage*, ou *des bois.* G. *Waldskordienkraut*; *Wald-Salbei.* G. *Vadtserlevelüfü.* H. *Il scordio selvatico.* I.

In nemoribus montosis versus Besztertze et Neu-Rodna item juxta Déva etc. Jul. — Aug. P.

Scordium L. 1152. T. pubescens; caule pedali, basi repente, stolonifero, dein adscendenti-erecto, diffuse ramoso; foliis oppositis, sessilibus, oblongis, obtuse-dentato-serratis, subrugosis; canescentibus; florb. axillaribus, breviter pedicellatis, plerumque binis, calycibus villosis, corollis purpureis. *Fl. D.* t. 593. R. *M. irr.* t. 11.

Garlick, or *Water Germander.* A. *La Germandrée d'eau.* G. *Lachenknoblauch*; *Scordienkraut.* G. *Vízi foghagyma*; *Szagú fodorka.* H. *Il Scordeo.* I. *Járbe usturvase.* V.

In humidis et stagnis v. c. in S. Segesvár prope pagum Szász-Dallya; in Distr. Barcensi in pratis udis versus Botfalva etc. Jul. Aug. P.

Chamaedrys L. 1153. T. villosum; caulibus palmaribus cubitalibusve, decumbentibus, subquadrangulis; foliis oppositis, petiolatis, cuneiformi-ovatis, obtusis, basi integerrimis, apice incisis crenatisque; *floralb.* subsessilibus, ovato-acuminatis; infra medium integerrimis; verticillis oppositis, pedicellatis, fasciculatis plerumque 5-floris, calycibus pilosis, corollis e rubro purpureis (passim ex albido carneis) *W. Carp.* n. 569. *Chamaedrys Blw.* t. 80. *R. M. irr.* t. 10. f. 2. Chamaedrys vulgaris *Cl. h.* 1. p. 351.
Common, or *Wall Germander.* A. *La petite Germandrée; La Chênette; Le petit Chêne.* G. *Gemeiner G. Bathengel.* G. *Kis tserlevelűfű; Kis sarlósfű; Gamandor* H. *Il Calamandrino; La Quercivola.* I. *Dumbetz.* V.

Ad agrorum vinearumque margines, item ad vias et in aridis montosis frequens. Jul. Aug. P.

montanum L. 1154 T. procumbens; caulibus cespitosis, ramosissimis, lignosis, obsolete-tetragonis; *junioribus* ex albo tomentosis; foliis oppositis, breviter petiolatis, lanceolatis, utrinque attenuatis, integerrimis, margine revolutis, supra viridibus, sericeis, subtus incano-tomentosis; corymbis terminalibus, subglobosis, multifloris, calycinis dentibus acutis, muticis, corollis albis. *Bieb. C.* II. n. 1110. *Riv. M.* irr. *t.* 15. Pol. montanum I. *Cl. h.* 1. p. 361. *Ejusd. Pann.* p. 629. ic.
Mountain Germander. A. *La Germandrée des montagnes.* G. *Berg-G. Bergpolei.* G. *Hegyi fodorka,* v. *tserlevelűfű,* v. *polé.* H. *L'Iva muscata; Il pólio secondo.* I.

In montibus calcareis juxta Torda; Kolos et Kolosvár item in M. *Tepéj*, et prope Brássó *am Kapellenberg* etc. Jun. Jul. Fr.

supinum Jacq. 1155. T. prostratum; caulibus minoribus, lignosis, fuscis, *junioribus* ex albo tomentosis; foliis linearibus, integerrimis, acutis, margine revolutis, confertis, supra saturate

viridibus, nitide glabris, subtus tomentosis; calycinis dentibus acutis, mucrone armatis. *J. A.* t. 417.

Dwarf Germander. A. *La Germandrée naine.* G. *Niedriger G.* G. *Törpe tserlevelüfü.* H.

In montibus arenoso-saxosis prope Talmats, Déva, Dobra etc. Jul. — Aug. Fr.

CCCXIX. SATUREJA L. G. 961. *Savory.* Angl. *La Sarriette.* Gall. *Pfefferkraut* s. *Saturey.* Germ. *Tsombor.* Hung.

CH. GEN. *Cal.* campanulatus. Laciniae corollae *lab. infer.* subaequales. *Stam.* distantia. *Styl.* stigmatibus 2 setaceis coronati.

rupestris J. 1156. S. caule palmari, erecto; foliis subrotundo-ovatis, basi angustatis, obtusiusculis, serrulatis; pedunculis axillaribus, cymosis, secundis, calycinis laciniis obtusis, muticis J. *Rar.* t. 494 S. *thymifolia Sc. Carn.* t. 29.

Rocky Savory. A. *La Sarriette des roches.* G. *Felsenliebende S.* G. *Kösziklai borsfü.* H.

In alpibus rupestribus Hunyadensibus scil. Wârfulo Paringuluj. Jul. Aug. Fr.

hortensis L. 1157 S. caule cubitali, erecto, ramosissimo, gracili; foliis lineari-lanceolatis, integerrimis; pedunculis axillaribus, bifloris, corollis e violaceo caeruleis (passim niveis). *Blw.* t. 419.

Garden Savory; Pepperwort. A. *La Sarriette des jardins.* G. *Garten Saturey; Pfefferkraut.* G. *Kerti tsombor* v. *borsfü.* H. *La Santoreggia; La Peverella; La Sauvreggia* s. *Timbra.* I.

In hortis oleraceis ruderatisque vulgaris. Aestate. A.

CCCXX. HYSSOPUS L. G. 963. *Hysop.* Angl. *L' Hyssope* Gall. *Ysop.* Germ. *Isóp.* Hung.

CH. GEN. *Cor.* lab. *super.* emarginatum; *infer.* trifidum; lacinia *media* obcordatā, crenata. *Stam.* recta, distantia.

officinalis L. 1158 H. caulibus cubitalibus, simplicibus, erectis, tereti-sulcatis; foliis lineari-lanceolatis, acutis, ciliatis; florb. racemosis, secundis, caeruleis, passim niveis, lacinia corollae

media biloba integerrima. *J. A.* t. 254. L. *Ill.* t. 502. f. 1.

Officinal Hysop. Angl. *L'hyssope ordinaire.* G. *Apotheker- s. gemeiner Ysop.* G. *Patikaj isóp.* H. *Il Isopo.* I.

In apricis versus Keresd; in petrosis juxta Brassó; in muris antiquis cultis ruderatisque frequens. Jun. Sept. Fr.

CCCXXI. NEPETA L. G. 964. *Nep.* Angl. *La Chataire.* Gall. *Katzenmünze.* Germ. *Matskaménta.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* cylindricus, fauce nuda. *Lab.* corollae *super.* erectum, emarginatum, paullo lab. altero brevius; *infer.* 3-fidum, lacinia *media* concava, crenulata, fauce margine reflexa. *Stam.* approximata. *Peric.* oblongum, planum, macula alba umbilicali notatum.

Cataria L. 1159. N. cano-pubescens; caule bipedali, erecto, ramoso, tetragono; foliis oppositis, petiolatis, cordato-ovatis, dentato serratis; florib. spicatis, spicis verticillatis, terminalibus, verticillis subpedicellatis, compositis, calycibus striatis, pilosissimis, corollis extus pilosis, albis, sanguineo-punctatis; bracteis setaceis, calyce brevioribus. *Fl. D.* t. 580. *E. B.* t. 137. *Riv. M. irr.* t. 52.

Common Cats-mint. A. *La Chataire commune*; *L'herbe aux Chats.* G. *Gemeine Katz*; *Katzenkraut*; *Nicht.* G. *Matskafü*; *Matskamézfü*; *Matskanádrafü*; *Matskaménta.* H. *La Gattaria.* I. *Cetutschnitze.* V.

In coemeteriis ibidem ad sepes, item juxta ripas fluviorum nempe ad ripam *Hartbach* juxta U-jégyház; in nemoribus ad Segesvár; Nagy Sólymos; Kőhalom, Brassó, Besztertze; Kolosvár; Déva etc. Jun. Sept. P.

pannonica L. 1160. N. caule bipedali, erecto, tetragono, ramoso; foliis cordatis, oblongo-lanceolatis, brevissime petiolatis, nudis, *rameis* brevioribus angustioribusque; florb. pedicellatis,

paniculatis, multifloris, corollae lobis lateralibus reflexis. *N. nuda. J. A.*. t. 24.

Pannony Cats'mint. A. *La Chataire de Pannonie*. G. *Ungrische Katz*. G. *Hegyi matskaménta*. H.

In apricis montosis ad Dobra et Déva frequens. Jun. Jul. P.

nuda L. 1161. N. caule bipedali, erecto, tetragono, sulcato, glabro, e viridi-caeruleo, ramoso; foliis *infer.* petiolatis, dein subsessilibus, oppositis, cordato-oblongis, lanceolatis, serratis, venosis, subtus nervosis, *floralb.* ovato-lanceolatis, utrinque scabris; racemis paniculatis, verticillis nudis, bracteis brevibus, lineari-setaceis, calycibus hirsutis, collo coarctatis, e sanguineo-cupreis, corollis e violaceo-caeruleis, intus nudis, extus barbatis, fauce rubro-punctata. *W. Carp.* n. 571. N. *pannonica. Bieb.* C. II. n. 1121. *J. A.* t. 29.

Naked Cats-Mint. A. *La Chataire nue*. G. *Nackte Katz*. G. *Kopasz matskaménta*. H. *La nuda Gattaria*. I.

In pomariis montosis prope S. Ersébeth et Ujégyház, item ad sepes nemorumque margines prope Segesvár; in pratis elatioribus siccisque ad Szelindek et Vizakna; in coemeteriis pagorum Talmats; Szász-Dallya; Kőhalom; prope Kolosvar nempe *die Heuwiesen* etc. alibique frequentissime. Jun. Aug. P.

CCCXXII. VERBENA L. G. 43. *Vervain*. Angl. *La Verveine*. Gall. *Eisenkraut*. Germ. *Galambótz*. Hung.

Ch. Gen. *Cal.* Denticulus unicus, minimus, truncatus. *Cor.* tubus cylindricus, incurvatus. *Faux* pilis sericeis clausa. *Stam.* brevissima, inaequaliter longa. *Anth.* 2. reliquis breviores. *Stigm.* obtusum. *Sem.* 4 oblonga, subangulata.

officinalis L. 1162. V. caule pedali, erecto, ramoso, tetragono, sulcato, ad angulos hirsuto; foliis oppositis, sessilibus, pinnatifido-laciniatis, rugoso-scabris; spicis terminalibus, longis, fi-

liformibus, paniculatis; floribus alternis, subsessilibus, ex albo violaceis, bracteis lanceolatis, calycibus pentagonis, hirsutis, denticulo infimo obtuso. *Fl. D.* t. 628. *C. L.* 1. t. 41. *Riv. M. irr.* t. 56.

Common, or *Great Vervain*; *Holy-herb.* A. *La Vervaine ordinaire.* G. *Gebräuchliches Eisenkraut.* G. *Galambfü*; *Szaporafü.* H. *L'Erba colombina*; *Berbená*; *Verbenaca.* I. *Szporich.* V.

In pagorum plateis, ac ruderatis; item in pratis arenoso-lapidosis sterilioribusque et ad hortorum pomariorumque sepes vulgaris. Jul. Octb. P.

CCCXXIII. SIDERITIS. L. G. 966. *Iron-wort.* Angl. *La Crapaudine.* Gall. *Gliedkraut.* Germ. *Forrasztofü.* Hung.

CH. GEN. *Cal.* tubulosus, acute dentatus, stamina intra cor. ringentis tubum. *Stigm.* brevius alterum involvens.

montana. L. 1163. S. herbacea; caule palmari cubitalive, decumbenti-erecto, obsolete tetragono, lanato, ramoso; foliis oppositis, breviter petiolatis, ex ovali-lanceolatis, dentatis, integerrimisque; apice mucrone spinescente terminantibus, nervosis, utrinque pilosis; floribus sessilibus, verticillatis, verticillis axillaribus, plerumque 5-floris, calycibus villoso-lanatis, collo coarctatis, denticulis omnibus spinosis, corollis pusillis, calycem non excedentibus, fauce sulphureis, margine ex atro-purpureis. *J. A.* t. 434. Sid. VI-ta pannonica. *Cl. h* II p. XLI. ic. Sid. pann. III. *Ej. Pann.* p 601. ic.

Mountain Iron-wort. A. *La Crapaudine*, ou *Siderite des montagnes.* G. *Bergliebendes Gliedkraut.* G. *Hegyi Forrasztofü.* H. *La Siderite di monte.* I.

In agris elatioribus arenosisque et in pratis sterilioribus montosisque prope Szász-Sebes; Karoly-Fejérvár; N. Enyed; Kolosvar, ac in agris montosis *die Mezöség* alibique frequens. Jun. Septembr. A.

CCCXXIV. MENTHA. L. G. 967. *Mint.* Angl. *La Menthe.* Gall. *Münze.* Germ. *Ménta.* Hung.

CH. GEN. *Cal.* tubulosus. *Cor.* tubulosa, subaequalis, 4-fida, lacinia *summa* latiore, emarginata. *Stam.* erecta distantia. *Peric.* subrotundum.

* SPICATAE.

sylvestris *Smith.* 1164 M. caule pedali, erecto, tetragono, subtomentoso, ramoso; ramis oppositis; foliis sessilibus, oppositis, oblongo-lanceolatis; argute inaequaliterque serratis, rugosis, subtus tomentosis; spicis oblongis, subconfertis, terminalibus, villosis, bracteis subulatis, calyce longioribus, calycibus ex albo tomentosis; laciniis linearibus, corollis parvis, purpurascentibus, staminibus cum stylo corolla duplo longioribus. *Sm. Trsct.* V. p. 179. n. 1. *Blw.* t. 292. *Bess.* II. 694. *Bieb.* C. II. 1125. *W. Carp.* 572.

longifolia var. α. M. foliis lanceolatis, acutis, subtus tomento densiore obductis. *H. Ed.* 1. 221. M. villosa prima. *S. M.* 3. f. 1.

rotundifolia. β. foliis ellipticis, latis, obtusis. S. M. 9. f. 4. Menthastrum sylv. foliis latis. *H. Eyst.* 7. t. 3. f. 2.

Horse, or *Wild Mint.* A. *La Menthe sauvage.* G. *Wilde Münze.* G. *Ló* v. *vadménta.* H. *La menta salvatica*; *Il Mentastro.* I. *Ijsme selbatice.* V.

In agris cultis neglectisque; ad agrorum margines fossas, ripas et vias, item in humidis arenoso-so-argillaceis, ubique cum varietatibus intermixtim frequens. Jul. Sept. P.

nemorosa Willd. 1165. M. caule pedali, erecto, subangulato, dense villoso, ramoso; foliis ovato-lanceolatis, aequaliter serratis, supra viridibus, sericeo-incanis, subtus tomentosis; spicis oblongis, densissime coarctatis, pedunc. calycibusque hirsutis, staminibus corollam aequantibus, passim paullo brevioribus. *M. sylvestris. Fl. D.* t. 484. M. sylvestris β. foliis ovatis. *Smith. Tr.* V.

p. 180. *Sole*. M. 5. t. 2. Menthastrum. *R. Mon.* t. 51. f. 1.

Wood Mint. A. *La Menthe des hâies*. G. *Haiinliebende Münze*. G. *Berki Ménta*. H. *Menta di bosco*. I.

In nemoribus humidis ad Segesvár; Szász-Dallya; N. Bunn, item juxta Kőhalom; A. Rákos; Brassó ibidem versus pagum Rosnyo. Jul. Sept. P.

gratissima Roth. 1166 M. caule pedali altioreque, erecto, tetragono, villoso, ramosissimo; foliis *infer.* subpetiolatis, reliquis sessilibus, oblongo-acuminatis, serratis, supra laete viridibus, subvillosis, subtus tomentosis; spicis cylindricis, terminalibus, plerumque 3, verticillis subinterruptis, bracteis acutis, staminibus corolla brevioribus, demum aequalibus, stylo duplo longiore.

Sweet-Scented Mint. A. *La Menthe odorante*. G. *Wohlriechende Münze*. G. *Jószágü ménta*. H. *La Menta odorata*. I.

In pratis humidis juxta Talmats; in iisdem locis, ac in Cott. Hunyadense atque Kolosiense frequentissime. Jul. Sept. P.

Obs. Planta tota odorem exhalans suavem.

viridis L. 1167 M. caule pedali, brevioreque erecto, tetragono, subnudo, glabro, ramoso; foliis sessilibus, passim petiolatis, saturate viridibus, glabris, oblongo-lanceolatis, argute serratis; spicis terminalibus, plerumque 3, cylindraceis, verticillis dense approximatis basi interruptis, compositis, pedicellis glabris, calycibus angulosis, dentibus linearibus, ciliatis, staminibus corolla rubra duplo longioribus, bracteis setaceis, ciliatis. *Smith. Trsct.* V p. 185. n. 3. *Ej. Brit.* II. p. 612. *S. Menth.* 11. t. 5. *W. Carp.* n. 573.

α. M. angustifolia spicata. *R.* Syn. *Ed.* I. 79.

Spear, or *Green Mint*. A. *La Menthe verte*. G. *Grüne Münze*. G. *Zöld ménta*. H *La Menta verde*. I.

Ad rivulos atque in fossiculis umbrosis v. c. in S. Medgyes versus pagos Valdhid et Sáros et in humidis ad Ujégyház. Jul. Sept. P.

rotundifolia. L. 1168. M. caule cubitali, tetragono, piloso; foliis subpetiolatis, cordato-subrotundis, acuminatis, rugosis, crenatis, saturate viridibus; pilosis; spicis oblongo-cylindricis, interruptis, bracteis lanceolatis, subdeflexis, hirsutis; staminibus corollam rubicundam aequantibus, pedunc. calycibusque hirsutis, stylo corolla duplo longiore. *Sm. Trsct.* V. p. 183. n. 2. *Æ. B.* t. 446. *M. sylvestris. Sole M.* 7. t. 3. Menthastrum anglicum *R. Mon.* t. 51. f. 2.
Round-leav'd Mint. A. *La Menthe à feuilles rondes.* G. *Rundblättrige Münze.* G. *Kereklevelü ménta.* H. *La Menta con foglie rotandati.* I.
In fossiculis stagnisque ad Segesvár; Szasz Dallya; Segesd; N. Bunn; Kőhalom et Rákos; Brassó; Osdala etc. valde frequens. Jul. — Sep. P.

** CAPITATAE.

crispa L. 1169. M. caule cubitali decumbenti-erectiusculo, piloso; foliis petiolatis, cordatis, dentatis, undulatis, rugosis, pilosis; spicis axillaribus terminalibusque capitatis, interrupte verticillatis; bracteis ovatis, lanceolatis, pilosissimis, staminibus corolla longioribus. *Riv. M. irr.* t. 50.
Curled Mint. A. *La Menthe frisée*; *Le Baume.* G. *Garten-* s. *Krause-Münze*; *Braunheilig.* G. *Fador ménta.* H. *La Mentha crespa*; *Il Sisimbro domestico.* I.
Ad hortorum sepes; in pomariis hortisque urbanis rusticanisque valde communis et in Cott. Hunyadensi nempe in pago A. Szilvás ibidem ad hortorum sepes. Jul. — Sept. P.
hirsuta Smith. 1170. M. caule bipedali, erecto, tetragono, ramoso, purpurascente, piloso; foliis petiolatis, ovatis, argute serratis, subrugosis, petiolis pilosissimis; floribus capitato-verticillatis, verticillo summo capitato, subgloboso, densissimo, pedicellis calycibusque hirsutis; stami-

nibus corolla extus hirsuta vix duplo longioribus. *Smith. Trsct.* V. p. 193. n. 6. *Ej. Br.* II. p. 616. *E. B.* t. 447. *Bieb.* II. n. 1126. M. aquatica major. *Sole. M.* 25. t. 11. et minor. 23. t. 10. M. palustris spicata. *R. Mon.* t. 40.

Hairy Mint. A. *La Menthe hérissée.* G. *Haarige Münze.* G. *Szőrös ménta.* H. *La M. irsuta.* I.

In piscinis, stagnis prope Szász-Segesd; *Sz.* Agatha etc. Jul. — Sept. P.

aquatica. L. 1171. M. caule cubitali, ramoso, hirsuto; foliis petiolatis, ovatis, remote serratis, scabriusculis, utrinque viridibus, subpilosis; verticillis pedicellatis, subcapitatis bracteisque interstinctis, pilis pedunculorum reflexis, calycb. hirsutis, staminibus exsertis. *Fl. D.* t. 673. *Sole. M.* n. 10. 11. *Blw.* t. 32. *Riv. M. irr.* t. 40.

Water Mint. A. *La Menthe aquatique.* G. *Wassermünze.* G. *Vízi ménta.* H. *La Menta acquatica.* I.

In locis aquosis, fossiculis, rivulis stagnisque ac ad fluviorum ripas vulgaris. Fl. c. prioribus. P.

*** VERTICILLATAE.

sativa. L. 1172. M. caule erecto, tetragono, scabro, ramoso; foliis breviter petiolatis, ovatis, acutiusculis, profunde serratis, rugosis, utrinque subscabris; verticillis axillaribus, pedicellatis, bracteis lanceolatis, ciliatis, calycibus cylindricis, denticulis undique hirsutis, staminibus corollae rubro-violaceae aequalibus, aut illa, paullo longioribus. *Fl. D.* t. 794. *Sm. Trsct.* V. p. 199. n. 7. *E. B.* t. 448. M. rivalis. β. γ. et δ. *Sole* M. 45.

Sweet Mint. A. *La Menthe cultivée.* G. *Zahme Münze.* G. *Szelíd ménta.* H. *La menta domestica.* I.

In humidiusculis et ad rivulos versus Valdhid. Aug. Sept. P.

gentilis L. 1173. M. caule pedali, patulo, sanguineo, scabriusculo, ramosissimo; foliis petiolatis, ovatis, acutis, aequaliter remoteque serratis,

nervis distinctioribus hirsutisque intertextis, *flo. ralb.* ovato-lanceolatis, acutioribus; verticillis axillaribus, exiguis, approximatis, multifloris, pedicellatis, pedicellis pilis densis deflexis vestitis, calycibus campanulatis superne pilosissimis, basi glabris; corollis glabris, e purpureo caeruleis, staminibus corolla brevioribus, stylo corolla triplo longiore. *Sm. Trsct.* V. p. 208. n. 10. *Fl. D.* t. 736. M. gentilis γ. variegata. *Sole* M. 43. t. 19.

riparia var. β. M. caule bipedali scabro, ramoso, ramis elongatis, patentibus; foliis subellipticis longioribus. M. gentilis β. *Smith.* M. rivalis α. *Sole* M. 45. t. 20.

Bushy-Red-Mint. A. *La Menthe apparentée*, ou *des jardins.* G. *Basilien-* s. *Garten-Münze.* G. *Kerti ménta.* H. *La Menta ortense.* I.

In paludibus fossiculisque ad Ujégyháza; Segesvár; N. Bunn; Kőhalom; Brassó; Déva etc. β. prope Máros-Vásárhely; Besztertze; Kolosvár; N. Almas; Valkó etc. Jul. — Sept. P.

arvensis L. 1174. M. caule villoso, diffuso, ramosissimo; foliis petiolatis, ovatis, acutis, argute serratis, utrinque villoso-canescentibus; verticillis axillaribus, laxioribus, calycibus pedicellatis, campanulatis, villosis, pilis horizontalibus, corollis dilute purpureis, staminibus corollam aequantibus, stylo exserto. *Sm. Trsct.* V. p. 213. n. 12. *Fl. D.* t. 512. *S. M.* 29. t. 12. *Bess.* II. 696. *Bieb. C.* II. 1128. *W. Carp.* n. 574.

α. M. arvensis major, verticillis floribusque amplis, foliis latioribus; staminibus corolla longioribus, odore grato. *S.* M. 29. γ.

Corn Mint, or *Water Calamint.* A. *La Menthe des champs.* G. *Acker-* s. *Feld-Münze.* G. *Tarlói ménta.* H. *La menta campestre.* I.

In agris cultis neglectisque, arvis et pratis sterilioribus ubique. Jul.—Sept. P.

verticillata Hoffm. 1175. M. caule bipedali, piloso, inferne saturate sanguineo; stolonibus repenti-

bus; foliis breviter petiolatis, ovato-acuminatis, nervosis, laete viridibus, subpilosis, dentato-serratis, summis ovato-lanceolatis; verticillis lateralibus multiflorisque longioribus, calycibus campanulatis, rigidiusculo-hirsutis, pilis horizontalibus, staminibus corolla plerumque longioribus, stylo staminibus longiore, bracteis obtusis, ovato lanceolatis. *H.* Germ. p. 6.

Verticillated Mint. A. *La Menthe verticillée.* G. *Wirtelblütige Münze.* G. *Orsóforma ménta.* H.

Ad fossiculos et in dumetis humidis prope Segesvár; Kund; Bonyha alibique communis. Jul. — Octob. P.

austriaca Jacq. 1176. M. caule erecto, ramoso, tetragono-sulcato, piloso, ramis dichotomis, foliis petiolatis, *inferb.* ovato-lanceolatis, reliquis lanceolato-acutis, serratis, utrinque villosis; verticillis axillaribus pedunculatis, pedunc. glabris, elongatis, dentibus calycinis aequalibus, corollae laciniis omnibus obtusis, staminibus corolla paullo brevioribus. *J. A.* t. 430. *Bess.* II. 697. *W. Carp.* n. 575.

Austrian Mint. A. *La Menthe d'Autriche.* G. *Oesterreichische Münze.* G. *Austriai ménta.* H.

Ad fluviorum ripas frequentissime. Jul. — Sept. P.

Pulegium L. 1177. M. caulibus palmaribus pedalibusve, basi prostratis, repentibus, dein strictis, angulis obtusiusculis, pilosis, ramosis; foliis petiolatis, ovatis, obtusis, crenato-serrulatis, nitide glabris; verticillis sessilibus, densis, multifloris, bracteis exiguis, trifidis, calycibus intus villo clausis, bilabiatis, dentibus acutis, ciliatis, pedicellis tomentosis, corollis pallide caeruleis, staminibus corolla duplo longioribus. *Sm. Trsct.* V. p. 216. n. 13. *W. En.* II. p. 611. *Sole* M. 51. t. 23. *Blw.* t. 302. *Pulegium R. M. irr.* t. 23. f. 1.

Penny-Royal; *Pudding*; *Pudding-grass.* A. *Le Pouliot.* G. *Poleimünze*; *Poleikraut*; *Herzpolei*; *Gichtmünze*; *Kutelkraut.* G. *Poléménta*; *Mezei*

polé; *Köszvéni ménta*; *Putnokfü*; *Tsombor polé*. H. *Il Puleggio*. I. *Polej*. V.

In fossiculis inundatisque ad Segesvar; Fejéregyháza; N. Bunn; in S. Rupensi juxta pagum Sövenyszeg; in Processu Totesdensi juxta pagos Nalátz; Vád; Poklisa etc. vulgatissime. Jul. — Septb. P.

CCCXXV. GLECOMA L. G. 970. *Thúnn-hoof*. Angl. *La Terrette*. Gall. *Gundelrebe*. Germ. *Repkény*. Hung.

Ch. Gen. *Cal.* cylindricus, 5-partitus, 10-striatus; *fructiferus* nudus. *Lab.* corollae *super.* bifidum, concavum; *infer.* trifidum. *Antherarum* singulum par in crucis formam connivens. *Peric.* planum, subrotundum.

hederacea. L. 1178. G. caulibus radicantibus, repentibus, longis, ramosis; *fructiferis* erectis, palmaribus, semipedalibusque; foliis oppositis, petiolatis, subhirsutis, reniformibus, crenatis; florb. in verticillos pedicellatos congestis, 3, vel 4, sessilibus, caeruleis, (passim roseis); bracteis setaceis, basi interstinctis. *Fl. D.* t. 797. *C. L.* 2. t. 44. *Trtt. Fl.* h. 5. n. 47. *W. Carp.* n. 576.

hirsuta var. β. Gl. caulibus floriferis digitalibus palmaribusve, foliis cordato-reniformibus, magis hirsutis, florb. paululum majoribus, pallide caeruleis.

Alehoof, or *Ground Jvy*. A. *La Lierre terrestre*. G. *Gundermann*; *Gundelrebe*; *Donnerrebe*; *Erdepheu*. G. *Kéreknádrafü*; *Földi borostyán*. H. *L' Edera minore*, o *terrestre*. I. *Rotundschâre Selmice*. V.

In dumetis, hortis, nemoribus, muris pomariisque et ad hortorum sepes vulgatissime; β in pratis arenosis elatioribus; item ad vinearum margines, et in sterilibus locis etc. April. — Sept. P.

CCCXXVI. LAMIUM. L. G. 971. *Archangel*. Angl. *Le Lamier*. Gall. *Taubenessel*. Germ. *Hólttsalány*. Hung.

Ch. Gen. *Cal.* campanulatus, aequaliter dentatus;

denticulis arista terminatis. *Lab.* corollae *super.* integrum, fornicatum; *infer.* bilobum. *Faux* utrinque margine dentata. *Peric.* trigonum, truncatum.

Orvala L. 1179. L. caule pedali, erecto, simplici, tetragono-sulcato, subpiloso; foliis petiolatis, cordatis, inaequaliter arguteque serratis; calycib. coloratis, corollis purpureis, fauce inflata. L. *pannonicum* S. C. n. 699. t. 27. W. et K. t. 131. *Great-flowering Archangel.* A. *Le Lamier à grandes fleurs; L'Orvale faux lamier.* G. *Grossblumige Taubenessel.* G. *Nagyvirágú hólttsalány.* H. *L'Ortica morta con fiori grandi.* I.

In montosis umbrosis praeprimis ad hortorum sepes juxta Déva et Vajda-Húnyad etc. Apr. Maj. P.

laevigatum. L. 1180. L. caule laevi, erecto, purpurascente; fol. cordatis, acuminatis, serratis, rugosis, vix pubescentibus; verticillis utrinque 5 floris, calycb. laevibus, tubum corollae aequantibus, basi macula destitutis. B. M. 2. t. 23. *Smooth Archangel.* A. *Le Lamier lisse.* A. *Glatte Tauben.* G. *Sima hólttsalány.* H. *L'Ortica morta liscia.* I.

Ad sepes et in nemoribus prope Fagaras et Brassó. Maj. Jun. P.

maculatum L. 1181. L. caule repente radicanteque, diffuse ramoso, basi decumbente; fol. cordatis, acuminatis, dentato-serratis, variegatis, e medio maculis albis notatis, dentibus obtusis, serraturis acutis; verticillis 10-floris; coroll. purpureis, labio super longissimo, reflexo, inaequaliter crenulato, acuto, *infer.* maculis purpureis picto, stigmate inaequali. *Gar. Aix.* t. 58. *W. Carp.* n. 577. *Italian Dead-Nettle.* A. *Le Lamier pennaché,* ou *taché.* G. *Geflickter-s. rother Bienensaug.* G. *Pettegetett hólttsalány.* H. *L'Ortica morta maculosa.* I.

In pomariis et nemoribus, immo ac ad hortorum sepes fere ubique. Apr.—Jun. P.

album L. 1182 L. caule pedali, inferne ramoso, erecto; fol. profunde serratis, pallide viridibus, petiolis dilatatis; verticillis 20 floris; florb. niveis, luteo maculatis, corollae tubo glabro, labio. *super.* obtuso, integro, fauce utroque margine dente solitario setaceo inflexoque aucta, staminb. aequalibus. *F. D.* t. 594. *C. L.* 2. t. 45. *W. Carp.* n. 580.

White Archangel, or *Dead-Nettle.* A. *Le Lamier blanc.* G. *Weisse* s. *Wurmnessel.* G. *Fejér.hólttsalány.* H. *Ortica morta bianca.* I. *Ursice múarte.* V.

In pomariis, cultis et ruderatis; item ad sepes hortorumque margines; in nemoribus et juxta pagos ubique. Apr. — Sept. A.

purpureum L. 1183. L. caule dodrante altioreque, basi decumbente, dein erecto, nudo, laevi, striato; fol. cordato-obtusis, crenatis, rugoso-pubescentibus; verticillis 8-12 vel 14-floris, bracteis binis, setaceis, pusillis, corollae purpureae fauce utrinque bidentata. *Fl. D.* t. 523. f. 1. *C. L.* 1. t. 42. *W. Carp.* n. 578.

Purple Archangel. A. *Le Lamier pourpré.* G. *Purpurfarbige Taub.* G. *Büdös hólttsalány*; *Arvatsalán.* H. *L'Ortica morta di fiori porporini.* I.

In agris neglectis, arvis, hortis, oleraceis et ad sepes vulgare. Apr. — Aug. A.

Obs. var. major cum floribus niveis in hortis juxta Segesvár et in umbrosis versus *M. Tepéj* lecta.

amplexicaule L. 1184 L. caulibus dodrantibus altioribusve, decumbenti-erectis, simplicibus; fol. rugosis villosisque; *radical.* et *infimis* petiolatis, cordatis, sublobatis, obtuse serratis; *reliquis* amplexicaulibus, obcordatis, incisis; verticillis 10-floris; calycb. villis densis albis obsitis, sessilibus; coroll. nunquam explicatis, e sanguineo-purpureis, tubo gracili calyce triplo longiore, fauce dentibus destituta. *C. L.* 2. t. 46. *Fl. D.* t. 752. *W. Carp.* n. 579. *Pollichia Baumg. Roth. Willd.*

var. β. L. caulibus brevioribus, floribus sanguineis, corollis paululum calyce majoribus.

Henbit Archangel; Great Henbit. A. *Le Lamier embrassant.* G. *Stängelumfassende Taub.* G. *Bársony tsalanka; Barsony virágú hóltssalány.* H.

In agris cultis neglectisque ac ad hortorum sepes vulgatissime. Mart. Octob. A.

CCCXXVII. GALEOPSIS L. G. 972. *Hedge-Nettle.* Angl. *La Galeope.* G. *Hohlzahn.* Germ. *Ores-fogtsalány.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* 5-fidus, aristatus. Faux *coroll.* basi labii infer. corniculis 2 convexis, obtusis, aucta. *Lab. super.* fornicatum, subcrenulatum; *infer.* 3-fidum; laciniis lateralibus subrotundis, deflexis; *media* crenata, apice incisa. *Anth.* intus subhirsutae. *Peric.* planum, trigonum.

Ladanum L. 1185. G. caule palmari pedalive, erecto, obtuso, tetragono, pubescente, ramoso; ramis oppositis, patentibus; fol. in petiolum desinentibus, pubescentibus, nervosis, lanceolatis, utrinque attenuatis, serratis, serraturis aequalibus, basi integerrimis; *superiorb. rameis*que anguste lanceolatis, integerrimis s. utrinque uno alterove dente pusillo instructis; verticillis omnibus remotis, multifloris, florb. e pallide caeruleo-purpureis, dentibus calycinis lineari-setaceis, patulis, rigidis, corollae galea obsolete crenata. *Schkh.* t. 160. *W. Carp.* n. 581. *R. M. irr.* t. 24. f. 1.

var. β. G. *angustifolia* caule breviore, foliis lineari lanceolatis, calycibus villosis, denticulis 3 calycem aequantibus, pilis adpressis.

Field- or Narrow-leav'd All-head. A. *La Galeope Ladane; La Crapaudine des champs.* G. *Acker Hohlzahn; Ackerandorn; Kornwuth; Feldkatzengesicht.* G. *Foginyfü; veres Vajfü.* H. *Il Ladano di campo.* I.

In agris sterilioribus arenosisque, et ad vinearum margines ubique. Jul. — Sept. A.

parviflora Lam. 1186. G. caule palmari, erecto, ramoso; foliis petiolatis, ovato-lanceolatis, ac-

qualiter dentato-serratis; verticillis remotioribus; calycb. hirsutis, dentibus rectis, inaequalibus, 3 calyce brevioribus, coroll. purpureis, calyce dimidio brevioribus. *Lam.* Fr. III. p. 544. G. *latifolia Schkhr.* t. 160. G. *Ladanum.* β. Smith. G. *intermedia* V. Dauph. II. p. 387. t. IX.

Lesser flowered All-head. A. *La Galeope à petites fleurs:* G. *Kleinblüthiger Hohlzahn.* G. *Kisvirágú fogiryfü.* H.

In agris et campis arenoso-lapidosis elatioribusque. Aestate. A.

Tetrahit L. 1187. G. caule erecto, ramoso, ad genicula incrassato, pilis rigidis decurvis pungentibus instructo; fol. longe petiolatis, ovato-acuminatis, serratis, piloso-scabris; verticillis multifloris, *superb.* approximatis, subconfertis, bracteis setaceo-spinescentibus, glanduloso-pilosis, calyb. ventricoso-angulosis, pilosis, ore ciliatis, dentibus setaceis, aequalibus, ciliatis, in spinam longam nitidamque desinentibus, calyce duplo longioribus, coroll. purpureis, passim albidis, calyce duplo longioribus, galea rectiuscula, fornicata, crenulata, extus barbata. *W. Carp.* n. 582. Cannabis spuria. *Riv. M. irr.* t. 44.

Hemp-leav'd Dead-Nettle, A. *La Galeope pourprée.* G. *Waldholz.*; *Feldandorn.* G. *Erdei üres fogtsalány.* H. *Il Tetrait*; *Marrobio salvatico.* I.

In umbrosis, arvis, pomariis nemoribusque et ad hortorum sepes ubique. Jul. — Octob. A.

grandiflora Roth. 1188. G. caule pubescente, pilis glandulosis vestito, internodiis incrassatis, aequalibus; fol. ovato-lanceolatis, serratis, serraturis aequalibus, nervis profunde exaratis, rugoso-villosis; verticillis omnibus remotis, calycb. duplo longioribus, tubulosis, hirsutissimis, dentibus lanceolatis, inaequalibus, spinula brevi terminatis, tribus calyce brevioribus; coroll. calyce triplo majoribus, pallide purpureis, s. maculis albis luteisque vel rubris pictis, tubo praelongo, galea crenato-incisa; bracteis lan-

ceolatis, mucronatis, pilosissimis. G. *Ladanum.* β. L. Ladanum. *R. M. irr.* t. 24. f. 2.

Downy Hemp-Nettle. A. *La Galeope à grandes fleurs.* G. *Grossblumiger H.* G. *Nagyvirágú üres-fogtsalány.* H.

Inter segetes et ad agrorum margines. Jul. Aug. A.

versicolor Smith. 1189. G. caule bipedali, diffuso, erecto, ramosissimo, piloso-hispido, pilis deorsum spectantibus, internodiis superne incrassatis; fol. elliptico-ovato-lanceolatis, obtuse serratis; verticillis multifloris, superioribus confertis, reliquis remotioribus, bracteis lineari-setaceis, albis, pilosis, calycis tubo lineato, nudo, niveo, nitido, glabro, ore ciliato, dentibus longis, subaequantibus, aristatis, ciliato-glandulosis, coroll. calyce quadruplo longioribus, versicoloribus, galea ventricosa, crenulata, extus pilosa. *W. Carp.* n. 583. *E. B.* t. 667. G. *grandiflora Schkh.* t. 60. G. *cannabina. Roth. F. D.* t. 929. G. *tetrahit.* β. *Linn.* Cannabis spuria flore majore. *R. M.* t. 45.

Large flowered Hempe-Nettle; Bee-Nettle. A. *La Galeope bigarrée.* G. *Scheckiger H.* G. *Tarka üres fogtsalány.* H.

Inter segetes; item ad vinearum nemorumque margines in dumetis, pomariis umbrosisque prope Segesvár; N. Bunn; Kőhalom etc. vulgatissime. Aug. Sept. A.

Obs. *Bract.* lineari-spinosae, hirsutae. *Cor.* ochroleucae. *Lab. super.* concavum, denticulatum, pilis longis hirsutum; *infer.* 3-fidum; laciniis lateralibus intus albis, media emarginata, purpurea, albo-marginata, basi rubris venis maculata.

CCCXXVIII. GALEOBDOLON. Huds. *Wood Nettle.* Angl. *Le Lamier des bois.* Gall. *Waldnessel.* Germ. *Erdei tsalán.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* campanulatus. *Labium* cor. *super.* erectum, fornicatum; *infer.* 3-fidum; *laciniis* inaequalibus integris; *media* productiore. *Faux* edentula. *Perio.* triangulare.

luteum Smith. 1190. G. stolonibus longis, reptantibus radicantibusque; caulb. cubitalibus, erectis, tetragonis, pilosis; fol. petiolatis, subcordatis, ovatis, dentatis, utrinque pilosis, albomaculatis; verticillis 5- s. 6-floris, calycb. sessilibus, spinescentibus, coroll. e luteo-flavescentibus, calyce duplo majoribus, lacinia *media* labii inferioris acuta. *Galeopsis Galeobdolon. Schkh.* t. 157. *W. Carp.* n. 584. *Leonurus. Scop. Pollichia Baumg. Roth* aliorumque. G. *Galeopsis. C. L.* 4. t. 40. Lamium luteum R. *M. irr.* t. 20. f. 2.

Weasel Snout; *Yellow Nettle-Hemp*; *Yellow Archangel.* A. *Le Lamier jaune*; *L'Ortie morte à fleurs jaunes.* G. *Goldgelbe W.*; *Goldnessel*; *gelber Hohlzahn.* G. *Maddrtsalán*; *Sárga holttsalány.* H. *L' Ortica morta dorata.* I.

CCCXXIX BETONICA. L. G. 973. *Betony.* Angl. *La Bétoine.*Gall. *Betonie.* Germ. *Betoníka.*Hung.

Ch. Gen. *Cal.* aristatus. *Lab.* corollae *superius* integrum, adscendens, subplanum; *infer.* 3-fidum, patens; laciniis lateralibus reflexis. *Tub.* cylindricus. *Peric.* angulatum, planum.

officinalis L. 1191. B: caule pedali, erecto, tetragono, striato, villoso; fol. *radical.* in orbem digestis; *caulin.* oppositis remotis, cordato-ovatis, obtusis, obtuse dentatis, *summis* sessilibus, oblongo-lanceolatis, acute dentatis, omnibus rugoso-villosis; spica verticillata, terminali, plerumque interrupta, bracteis ovatis acuminatisque aucta, florb. purpureis, calycb. glabris, corollae galea integra, lacinia labii inferioris media emarginata. *F. D.* t. 726. *C. L.* 3. t. 33. *W. Carp.* n. 585.

Wood Betony. A. *La Betoine ordinaire.* G. *Apotheker Betonie.* G. *Patikai betonika*; *Bakfü*; *Sebfü.* H. *La Bettonica speziale.* I. *Jarbe Frunde thejeturi.* V.

In nemoribus pratensibus et pratis montosis, item in pomariis elatioribus umbrosis ubique. Jun. Sept. P.

Alopecurus Jacq. 1192. B. villosa; caule pedali, erecto; fol. caulinis petiolatis, oppositis, cordatis, crenatis, laete viridibus, hirsutis; spica oblonga, basi foliacea, contigua, bracteis integerrimis aucta, coroll. ochroleucis, galea bifida, labio inferiore longiore. *J. A.* t. 78. *Sideritis Alopecurus. Sc. Carn.* n. 711. t. 28.

Yellowish Betony. A. *La Betoine jaunâtre*, ou *queue de Renard.* G. *Gelbweisse Betonie.* G. *Sárgás betonika.* H. *La Bettonica bionda.* I.

austriaca 1284. C. caulibus cubitalibus, decumbenti-erectis, subangulosis, flexuosis, striatis, subhirsutis; fol. alternis, semiamplexicaulibus, oblongo-ovatis, lanceolatis, dentatis, basi integerrimis, auriculatis, *summis* lineari-lanceolatis, subdentatis; racemis pedunculatis, corol. parvis, luteis; siliculis globosis, bilocularibus, pentaspermis, glabris, stylo obtuso crasso erectoque coronatis. *Myagr. austriacum. J. A.* t. 111.

Austrian Dodder - Herb. A. *La Cameline d'Autriche.* G. *Oesterreichisches Dotterkr.* G. *Ausztriai tojásfü.* H.

In pratis humidis, et agris limoso-arenosis et sterilioribus; tam cultis, quam neglectis et ad agrorum margines fere ubique; item ad fluviorum rivulorumque ripas copiose. Jun. — Aug. P.

saxatilis 1285. C. caulibus decumbenti-erectis, teretibus, simplicibus, filiformibus, striatis; fol. longe petiolatis, oblongis, inaequaliter remoteque serratis, hirsutis, *superior.* sparsis, alternis,

sessilibus, lingulatis, integerrimis, glabris; florb. laxe paniculatis, longe pedunculatis, pedunculis erecto-patulis, filiformibus, pet. albis; siliculis globosis, glabris, stylo brevissimo coronatis. *Cameline de roche Dec.* et *Lam. Fr.* IV. P. 2. p. 718. *Cochlearia saxatilis. Lam. Fr.* 2. p. 471. *Myagrum saxatile. J. A.* t. 128. *W. Carp.* n. 631. *Nasturtium saxatile. Cr. A.* I. t. 1. f. 2. *Alyssum alpinum Scop. A. rupestre. W. En.* II. p. 612.

Rocky Dodder-Herb. A. *La Cameline des roches.* G. *Felsenliebendes Dotterkraut.* G. *Kősziklai tojásfü.* H.

In rupium fissuris alpestribus nempe Barcensibus ibidem *Schülergebürge*; Piatrâ Mare; Butschetsch; Thetzla; in Rodnensibus v. c. la Wârfulo Stol; Gálátz et Dscheammeanie et in Cott. Szoln. Interiore ibidem in Mtb. *Arszul* et *Csiblesz* Jul. Aug. P.

CCCLXII. CAKILE, *L'Heritier. Sea-Mustard.* Angl. *Le Caquillier.* Gall. *Meersenf.* Germ. *Rekenyő.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* subclausus. *Silic.* biarticulata, articulis 1-spermis, non dehiscentibus.

perennis L'Herit. 1286. C. caule diffuso, ramosissimo, angulato, striato, scabro, superne subglabro; fol. alternis, sessilibus, longis, acuminatis, sinuato-runcinatis, argute dentatis, *summis* oblongis, acuminatis, serratis; paniculis divaricatis, pedicellatis, pedicell. alternis, solitariis, florb. parvis, luteis; siliculis erectis, pilosis, brevi stylo coronatis, articulo inferiore plerumque obsoleto, sterili; *altero* globoso, striato, monospermo. *Dec. Fr.* p. 719. n. 4272. *Myagr. perenne. J. A.* t. 414. *W. En.* II. p. 661. *Rapistrum diffusum Cr. Cruc.* p. 105.

Perennial Gold-Pleasure. A. *Le Caquillier vivace.* G. *Ausdauernder Meersenf.* G. *Sokátarto rekenyő.* H.

In arvis et agris neglectis, item ad vias post Déva, Máros-Némethi; in aridis juxta Darlatz, Balasfalva, Karoly-Fejérvár; N. Enyed etc. Jun. Aug. P.

rugosa Decand. 1287. C. caule stricto, pedali, subtereti, striato, scabro, superne ramoso, ramis patentibus; fol. alternis, oblongis, obtusis, denticulatis, basi sagittatis, rameis *summis* linearibus, obtusis, subintegerrimis; florb. paniculatis, flavis, pedicellatis, pedicell. basi pilosis; siliculis subglobosis, sulcato-rugosis, pilosis, stylo brevi cylindrico erectoque coronatis. *Dec.* l. c. n. 4273. *Myagr. rugosum. L. Rapistrum rugosum. A. Ped.* t. 78. *Schrankia rugosa. M. Meth.* 264. *M. Als.* p. 266. ic.

Wrinkled Gold-Pleasure. A. *Le Caquillier ridé.* G. *Runzlicher Meersenf.* G. *Rántzos rekenyő.* H.

In agris cultis et Mtb. arenosis ad Opp. Ujégyház scil. in via versus Pagum Marpod; item juxta Kolosvár; Torda; Segesvár; Danos; Keresd etc. Jun. Jul. A.

perfoliata L'Herit. 1288. C. caule pedali, erecto, glaberrimo, ramoso; ramis horinzontali-patentibus, alternis; fol. sparsis, alternis, sessilibus, amplexicaulibus, sagittatis, oblongis, lanceolatis, integerrimis, (passim remote dentatis), utrinque nudis; florb. in racemos longos laxosque digestis; pedunc. alternis, brevibus, erectis, adpressis, corol. pallide flavis; siliculis subsessilibus, obcordatis, loculo inferiore plerumque sterili. *Rapistrum perfoliatum. B. Phyl.* 3. *f.* 167. *Myagr. Schkh.* l. c. t. 178. *B. Prod.* p. 51. t. 2.

Perfoliated Gold-Pleásure. A. *Le Caquillier enfilé.* G. *Durchwachsender M.* G. *Altalbúvás rekenyő.* H. *Il Miagro liscio.* I.

In agris cultis prope N. Enyed; Károly-Fejérvár; item versus pagum Morgonda et prope Segesvár; N. Bunn; Köhalom etc. frequens. Maj. Jun. A.

CCCLXIII. BUNIAS L. G. 1070. *Bunias.* Angl. et Gall. *Zackenschotte.* Germ. *Tengeri dombvirág.* Hung.

Ch. Gen. *Silic.* decidua, tetraëdra, 2- vel 4-locularis, loculis monospermis; valvis osseis, non dehiscentibus.

paniculata L'Herit. 1289. B. caule pedali, erecto, anguloso, striato, hirsuto; fol. alternis, sessilibus, amplexicaulibus, sagittato-lanceolatis, acuminatis, denticulatis, cauli adpressis, hirsutis; racemis paniculatis, pedicellatis; cor. e flavo-luteis, pusillis; siliculis ovatis, subangulatis, bilocularibus, reticulato-rugosis, stylo coronatis, loculis monospermis. *Alyssum paniculatum. W. En.* II. p. 671. *Myagr. paniculatum. Fl. D.* t. 204. *Nasturtium Cr.* A. I. p. 15.

Paniculated Gold-Pleasure. A. *Le Bunias paniculé.* G. *Rispenblüthige Zack.* G. *Bugas Tengeri-dombvirág.* H

In agris cultis fere ubique. Aestate. A.

orientalis L. 1290. B. caule bipedali, erecto, tereti, striato, viridi, ramoso, glanduloso, glandulis pedicellatis, globosis; fol. petiolatis, runcinato-lyratis, ovato-lanceolatis, inaequaliter dentatis, *caulin.* alternis, amplexicaulibus, sessilibus, subhastato-dentatis, *summis* oblongo-lanceolatis, dentatis, omnibus utrinque hirsutis; racemis palmaribus cubitalibusve, laxis, nudis, paniculato-corymbosis; cor. calyce longioribus, luteis; siliculis rotundo-ovatis, verrucoso-gibbis, stylo crasso coronatis. *Gm. Sib.* III. t. 57.

Oriental Bunias. A. *Le Bunias oriental.* G. *Morgenländische Z.* G. *Napkeleti Tengeri-dombvirág.* H.

In pomariis montosis, coemeteriis paganis et pratis elatioribus juxta civitates Szeben; Megyes; Segesvár; Brassó; Kolosvár et Besztertze; immo ac in agris pratensibus versus pagos Vurpod, Oltzinna, Szász-Dallya; Dános; Keresd; N. Szölös; Proden etc.; item ad vias sepesque haud infrequens. Maj.—Jul. P.

syriaca Gaertn. 1291. B. caulibus diffusis, ramosis, angulatis, sulcato-striatis, villosis; fol. in petiolum desinentibus, alternis, ovatis, acutiusculis, superne nudis, subtus pilosis, subdentatis; spicis longis, laxis, brevissime pedicellatis, pedunc. alternis, axillaribus, crassis; siliculis

subsessilibus, subglobosis, scabris, uncinato rostratis. *G. Fruct.* II. t. 14. f. 11. *Anastatica syriaca. J. A.* t. 6. *Myagrum rostratum Sc. Carn.* t. 35.

Syrian Bunias. A. *La Bunias Syrien.* G. *Syrische Z.* G. *Siriai Tengeri - dombvirág.* H.

In pratis elatioribus *die Mezöség* nempe inter Kolos atque Torda copiose. Maj. Jun. A.

CCCLXIV. CRAMBE. L. G. 1071. *Sea - Cabbage.* Angl. *La Crambé.* Gall. *Meerkohl.* Germ. *Tengerikáposzta.* Hung.

Ch. Gen. *Fil.* 4. longiora apice bifurca; *alter.* antheriferis. *Silic.* pedicellata, globosa, non dehiscens, 1-locularis, evalvis.

tatarica Jacq. 1292. Cr. caule 2- s. 3-pedali, ramosissimo, subangulato, sulcato, striato, glabro; fol. *radical.* supradecompositis, longius petiolatis; fol. alternis, pinnatifido - laciniatis, laciniis lanceolatis (s. oblongo - lanceolatis), inaequaliter sinuato - dentatis, *caulin.* simplicibus, inciso - laciniatis, inaequaliter acuteque dentatis, apice latius lanceolatis; *rameis summis* lineari-lanceolatis, subdentatis; racemis alternis, axillaribus thyrsifloris, florb. paniculato-pedicellatis; *terminalibus* simpliciter pedunculatis, bracteis lineari acutis, pilosis, foliol. calycinis ovatis, glabris, coroll. niveis, glandulis binis ovato-compressis, saturate viridibus auctis; siliculis glabris. *J. rar.* t. 129.

Tartarian Sea - Cabbage. A. *La Crambé de Tartarie.* G. *Tartarischer Seekohl.* G. *Tartariai Tengeri - Káposzta.* H.

In montibus arenosis prope Morgonda ibidem *auf der Flechte*, in pratis calcareis *die Mezöség* nempe juxta Kolos et Torda, item juxta Kolosvár nempe *die Heuwiesen*, porro ac in declivioribus graminosis prope Pagum Darotz etc.; in Cott. Alb. Inferiore nempe in herbidis *Billak* dictis. Maj. Jun. P.

CCCLXV. **ISATIS.** L. G. 1072. *Wood.* Angl. *Le Pastel.* Gall. *Waid.* Germ. *Izats.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* subpatulus. *Petala* corollae patentia. *Silic.* linguaeformis, ovato-oblonga, compressa, decidua, 1-sperma, 2-valvis; valvis navicularibus, compresso-carinatis.

tinctoria L. 1293. J. caule pedali altioreque, erecto, ramoso, angulato, sulcato-striato, glauco, glabro, ramis divaricatis, patentibus; fol. *radical.* in petiolum longum desinentibus, oblongis, obtusis, subcrenatis, margine costisque pilosis; *caul.* alternis, sessilibus, oblongo-lanceolatis, basi sagittatis, integerrimis, margine subpilosis, *florath.* angustioribus, lineari-lanceolatis, margine pilis longioribus vestitis; omnibus laete viridibus, subtus glaucis; racemis alternis, longe pedunculatis, in corymbos terminales congestis; cor. luteis; siliculis pendulis, ovali-lanceolatis, obtusis, e fusco-nigris, nitide glabris, seminibus teretibus. *E. B.* t. 97. *Schk.* I. c. t. 188. *L. Ill.* t. 554. f. 1.

Common Dyer's Wood. A. *Le Pastel des teinturiers; Le Pastel de Languedoc; La Guède.* G. *Färber-Waid s. Scharte; Heidenschmuck.* G. *Kék festőfü; Festőzáté; Festővirág; Gyapju festőfü.* H. *Il Pastello*, o *Guado salvatico.* I.

In montibus calcareis saxosisque v. c. post pagum A. Rákos ibidem in Mtb. *Tepej* et *Ürmös Tepej*; in vineis et ad earum margines prope Solymos et Máros-Némethi; ac quoque in rupibus calcareis juxta Torotzko nempe in M. *Székelykő* et in Cott. Alb. Infer. in M. *Vulkány*; item juxta Brassó scil. in M. *Schülergebürge.* Maj. Jun. B.

CCCLXVI. DRABA. L. G. 1076. *Withlow-Grass.* Angl. *La Drave.* Gall. *Hungerblümchen.* Germ. *Borsika* v. *Korpafü.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* erectus. *Pet.* oblonga, subpatentia, aut integra, aut apice emarginata, vel bifida. *Styl.* brevis, vel 0. *Stigm.* crassiusculum. *Silic.* integra, ovata vel deltoidea, compressa,

vel contortâ; loculis polyspermis, valvis vel planis, vel convexiusculis, dissepimento parallelis.

* MOENCHIAE ROTH; SILICULIS STYLO DISTINCTO PERSISTENTE CORONATIS

α) caule nudo.

aizoides Jacq. 1294. Dr. fol. terrae adpressis, in rosulas collectis, pollicaribus brevioribusve lineari-lanceolatis, carinatis, margine ciliis longis niveisque vestitis; scapo digitali altioreve, nudo, tereti, striato; corymbo terminali, pollicari, pedunculis filiformibus, erecto-patentibus, corollis calyce duplo longioribus, albis; siliculis erectis, ovatis, subinflatis, pilosiusculis, stylo persistente setaceo coronatis. *J. A.* t. 192. *E. B.* t. 1271. *C. M.* t. 170. *W. Carp.* n. 632. *Draba alpina. Scop. Moenchia aizoides Roth.* Sedum minus. XII. *Cl. h.* II. p. XLII. ic.

aizoon var. α. Dr. humilior, foliis brevioribus, angustioribus, subtus hispidioribus, caeterum lineari-lanceolatis, margine setoso-ciliatis; siliculis saepe hispidis, stylo subulato brevioreque coronatis. *Dr. aizoon W. Carp.* n. 632.

Evergreen Whitlow-grass. A. *La Drave vivace.* G. *Immergrünes Hungerblümchen.* G. *Mindegzöld borsika.* H.

In Mtb. gramine tenui vestitis ad Déva, Máros-Némethi et Ohaba etc. var. α in Alpibus saxosis scil. Piatrâ Mare; Schülergebürge; Paringuluj et Piatrâ Albâ frequens. Maj. Jun. P.

ciliaris L. 1295. Dr. foliis in rosulas densas collectis, lineari-lanceolatis, carinatis, glabris, margine carinaque ciliatis; scapo pollicari, nudo, subpiloso; corymbo terminali, florb. pedicellatis, calycibus viridibus, margine flavescentibus, corolla lutea brevioribus, pet. crenulatis; siliculis oblongo-ovatis, marginibus ciliatis, styl-

filiformi erectoque coronatis. *Sc. Carn.* I. n. 787. t. 33. *Dr. alpina J. Obs.* 54.

Ciliated Whitlow-grass. A. *La Drave ciliée.* G. *Gefranztes Hungbl.* G. *Szemszőrős borsika.* H.

In alpibus Barcensibus v. c. Piatrâ Mare; Butschetsch etc. valde frequens. Jul. Aug. P.

stellata Jacq. 1296. Dr. fol. oblongis, obtusiusculis, basi angustis, integerrimis dentatisve, canis, ciliatis, utrinque pilis niveis et apice stellatis, pilis vestitis; scapo pusillo, erecto, tereti, piloso, bractea unica sessili dentataque aucto, florb. corymbosis, pet. integris, planis, calyce duplo majoribus, luteis; siliculis oblongis, erectis, stylo brevi coronatis. *J. Obs.* 54. t. 4. f. 3. *Dr. hirta. J. A.* t. 432. *Dr. austriaca. Cr. Austr.* I. p. 12. t. 1. f. 4.

Star-hairy Whitlow-grass. A. *La Drave étoilée.* G. *Sternhaariges Hung.* G. *Tsillagos borsika.* H.

In alpibus petrosis Barcensibus v. c. la Wârfulo Piatrâ Mare; *Schülergebürge*; Butschetsch, et in Cott. Húnyadensi ibidem in Subalpinis Retyeszát. Maj. Jun. P.

β.) caule folioso.

pyrenaica Jacq. 1297. Dr. caulibus pusillis, procumbenti-ramosis, radicantibus; fol. imbricatis, sessilibus, cuneiformibus, semitrilobis, basi attenuatis, crassis, nitide viridibus, ciliatis, pedunculis pilosis, 1-floris, cor. purpureis, pet. subrotundis, planis, patentibus, venis ex atropurpureis maculatis; siliculis obovatis, utrinque angustis, stylo brevi coronatis. *J. A.* t. 228. *A. Ped.* n. 894. t. 8. f. 1. *Cr. A.* I. p. 13. n. 4. t. I. f. 5. *W. Carp.* n. 634.

Pyrenean Whitlow-grass. A. *La Drave des Pyrénées.* G. *Pyreneisches H.* G. *Pireneusi borsika.* H.

In summis alpium jugis nempe Butschetsch ibidem intra rupium fissuras. Jul. Aug. P.

alpina 1298. Dr. caulibus radicantibus, inferne

foliosis, erectis, teretibus, pilosis, corymbo terminantibus; fol. glabris, pinnatifidis, pinnulis subaequalibus, ovatis, crenulatis, laete viridibus; florb. pedunculatis, pedunc. filiformibus, pilosiusculis; cor. calyce duplo longioribus, albis; siliculis erectis, ovato-acutis, stylo erecto brevi terminatis. *Dr. Nasturtiolum Scop. Lepidium alpinum. J. A.* t. 137. *W. Carp.* n. 638. L. *Halleri Cr. A.* I. p. 8. t. I. f. 3.

Alpin Whitlow-grass. A. *La Drave des Alpes.* G. *Alpen H.* G. *Alpesi borsica.* H.

Inter rupium fissuras, nempe la Wárfulo Arszul; Csiblesz; item Piatrâ Mare; Butschetsch. Jul. Aug. P.

ruderalis 1299. Dr. caule cubitali, erecto, ramoso, incano-pubescente; fol. *caulinis* sessilibus, semiamplexicaulibus, ovato-lanceolatis, basi subhastatis, inaequaliter dentatis; *floralb.* sensim brevioribus, densius denticulatis, subcordato-lanceolatis; racemis terminalibus, digitalibus, pedunc. horizontalibus, filiformibus; siliculis cordato-deltoideis, subinflatis, subhirsutis, 2-spermis, stylo brevi crassoque terminatis, stigmate capitato; valvulis argute carinatis. Draba I vulgaris. *Cl. h.* II. p. CXXIV. ic. *Ej. Pann.* p. 461. ic. *Lepid. Draba. Roth. Bieb.* etc. *Cochlearia Draba. Host.* et *J. A.* t. 315. *W. Carp.* n. 646.

Stalk-embrace Whitlow-grass. A. *La Drave embrassée.* G. *Stengelumfassendes H.* G. *Szárölevelü borsika.* H.

In ruderatis cultisque et ad vias publicas v. c. juxta Segesvár ibidem *gegen die Steinaue*; item in via versus Pag. Keresd et Sz. Laszló, et juxta sepes frequens etc. Jun. Jul. P.

** DRABAE LINN. SILICULIS STIGMATE OBTUSO CRASSIUSCULO TERMINATIS.

α) *Caule nudo.*

verna L. 1300. Dr. fol. in orbem digestis, oblongis, acutiusculis, serraturis raris, incisis, dense pilosis; scapis plurimis, decumbenti-erectis, simplicibus, filiformibus, pilosis, *floriferis* umbellula terminatis, *fructiferis* racemo simplici elongato; pet. semibifidis, albis, obtusis; siliculis oblongis, obtusis, integris, compressis, glabris, polyspermis, longe pedunculatis, stylo destitutis. *Schkh.* t. 179. *C. L.* 1. t. 49. *E. B.* t. 586. *Fl. D.* t. 983.
Common Whitlow grass. A. *La Drave printanière.* G. *Gemeines H.* G. *Tavaszi Korpafü.* H. *La Draba primaticcia.* I.
In agris, arvis, campis murisque ubique a Martio in Junium; hinc indeque in autumnum. A.

β) *Caule folioso.*

muralis L. 1301. Dr. caule erecto, pubescente, superne dichotomo; fol. ovatis, denticulatis, canescentibus, scabriusculis, *radical.* in orbem digestis, brevissime petiolatis; *caul.* alternis, amplexicaulibus; racemo terminali, laxo, subpubescente, pedunc. fructiferis longis, pubescentibus, pet. parvis, albis; siliculis oblongis, polyspermis, glabris, stigmate crassiusculo coronatis. *Sc. Del.* 2. t. 15. *E. B.* t. 912. *Trtt. Fl. h.* 3. n. 27.
Wall-Whitlow-grass. A. *La Drave des murailles.* G. *Mauer H.* G. *Kőfali Korpafü.* H. *La Draba pelosa.* I.
Ad vinearum sepes juxta Segesvár; item in elatioribus juxta Kőhalom ibidem *auf der Burg* etc. Apr. Maj. A.
nemoralis Ehrh. 1302 Dr. caule subcubitali, erecto, ramoso, diffuso, filiformi, e basi florifero,

Least annual Madwort. A. *L'Alysson blanchâtre.* G. *Bestäubtes Alysson; weisser Bauernsenf; weisses Schildbesenkraut.* G. *Fejéres ternyefü.* H.

In muris et ruderatis, item ad agrorum margines, in pratis sterilioribus et ad vias vulgare. Jul. — Septbr. P.

gemonense L. 1307. A. caulibus pedalibus, ramosis, divaricatis, incano-pilosis, subscabris; fol. *radical.* plurimis, petiolatis, obtuse dentatis, apice integerrimis, *caul.* alternis, lanceolatis, utrinque attenuatis, subdentatis, *rameis* lineari-acutis, supra canescentibus, subtus tomentosis; florb. omnibus terminalibus racemoso-corymbosis, pedunc. filiformibus, pilis albis vestitis, cor. saturate luteis; siliculis inflatis; stylo obliquo coronatis plerumque 2-spermis. *J. rar.* t. 503.

Rocky Madwort. A. *L'Alysson des rochers.* G. *Felsenliebendes All.* G. *Kőszáli ternyefü.* H.

In montibus saxosis Bistriciensibus nempe Pjétrosuluj et in Cott. Szoln. Interiore ibidem in Mtb. *Arszul* et *Csiblesz.* Maj. — Jul. P.

alpestre L. 1308. A. suffruticosum; caule palmari altioreve, erecto, subsimplici, diffuso, tereti, pubescente; fol. sessilibus, spathulatis, obtusiusculis, obtuse mucronulatis, utrinque pilis niveis stellaeformibus vestitis, supra laete viridibus, subtus villosis; florb. corymboso-racemosis, racem. compositis, multifloris, pedunc. et pedicell. pilis densis stellatis vestitis, calycibus e viridi flavescentibus, pilosis; pet. integris, ex aureo luteis; siliculis ovatis, pilis stellatis armatis, incanis styloque recto coronatis. *G. Gall.* 352. n. 7. t. 13. f. 2. *A. Ped.* t. 18. f. 2.

Alpine Madwort. A. *L'Alysson des Alpes.* G. *Alpen Alysson.* G. *Alpesi ternyefü.* H.

In montibus calcareo-saxosis scil. juxta Szent György Torotzko ejusdemque Oppidum ibidem in M. *Szekélykő* copiosissime et prope Torda scil. *Hasádeka* et *Erdei Varóli* etc. Jul. Aug. Suffr.

* *repens* 1309. A. radice horizontali, lignosa, repente, fibrillulis capillaribus vestita; caulibus sterilibus, pusillis; foliis obovatis, acutis, in petiolum decurrentibus vestitis; caule fertili basi suffruticoso, decumbente, dein erecto, digitali spithameoque, incanescente pilis sursum erectis denseque adpressis obducto, fol. *inferiorb.* subsessilibus, oblongo-ovato-lanceolatis, *reliquis* sessilibus, oblongo-lanceolatis, utrinque pilosis; corymbo terminali laxo, pedicell. inferiorb. remote alternis, summis densioribus brevioribusque, caeterum setaceo-pilosis, calycb. e viridi-flavescentibus, nudis, pet. limbo crenulatis, antheris duplo brevioribus; silic. orbicularibus, compressis, 1-spermis, nudis, margine pilosis, apice stylo longo erecto pilosoque coronatis.

Creeping Madwort. A. *L'Alysson rampant.* G. *Kriechendes A.* G. *Sarjadzó ternyefű.* H.

In calcareo-saxosis nempe post Brassó ibidem in M. *Schulergebürge* ibidem inter rupium fissuras. Jul. Aug. Suffr.

murale Kit. 1310. A. caulibus suffruticosis, pedalibus, flexuose erectiusculis; fol. subsessilibus, spathulato-ovatis, integerrimis, pilis stellatis vestitis, corymbis paniculatis, florb. pusillis, flavis; siliculis orbicularibus, pubescentibus, planiusculis. *W.* et *K.* t. 6. *Bieb* II. n. 1269.

L'Alysson des murailles. G. *Mauerkieb.* *A.* G. *Kőfali ternyefű.* H.

In muris vetustis Arcis Déva Cel. Kitaibel plantam primo detexit, dein ibidem ipse ao. 1814 legi et in rupibus M. Vulkány versus Abrudbánya vidi. Jul. Aug. Suffr.

** SILICULOSAE EMARGINATAE.

CCCLXVIII. ADYSETON. *Scop. Carn.* n. 802. *Stone-Herb.* Angl. *L'Adyseton.* Gall. *Steinkraut.* Germ. *Kőfű.* Hung.

CH. GEN. *Filam.* 2 breviora medio denticulo filiformi notata. *Silic.* suborbiculata, emarginata, stylo brevissimo coronata, tetrasperma.

montanum Scop. 1311. A. suffruticosum; caulibus decumbentibus, diffusis, adscendentibus, piloso-hirsutis; fol. confertis, alternis, brevissime petiolatis; *inferb.* ellipticis, acutis, *superiorb.* oblongo-lanceolatis, obtusis, utrinque pilis elegantissime stellatis niveisque tectis, incanis, margine ciliatis; racemis terminalibus simplicibus pedunculatis, pedicell. apice incrassatis, pilosis; corollis calyce deciduo duplo longioribus, e luteo-aureis, staminibus 4 apice bifidis, reliquis 2 basi denticulo instructis; siliculis subrotundo-ovatis, verrucosis, incanis, pilis stellatis obsitis, apice subemarginatis, planis, stylo siliculam aequante erectoque terminantibus. *Scop. Carn.* n. 803. *Alyss. montanum. I. A.* t. 57. *Clypeola* Cr.-B. Hist. II. p. 929. f. 1.

Mountain Stone-herb. A. *L'Adyseton des montagnes.* G. *Bergliebendes Steinkraut.* G. *Hegyi Köfü.* H. *Il Alisso montano.* I.

In montibus calcareis nempe in Cott. Alb. Super. ibidem juxta A. Rákos scil. in M. *Tepej*; in alp. Barcensibus fere ubique et prope Brassó in M. *Kapellenberg* etc. Maj. — Jul. P.

campestre 1312. A. herbaceum; caule cubitali, suberecto, ramoso; fol. oblongis, obtusis, incanis; calycb. post anthesin deciduis; siliculis orbiculatis, subemarginatis, stellato-pilosis. *Moenchia campestris Roth.*

Field Stone-Herb. A. *L'Adyseton des champs.* G. *Felderliebendes Steinkr.* G. *Mezei Köfü.* H.

In locis sterilioribus campestribusque juxta Máros-Némethi et Déva etc. Maj. — Jul. P.

tortuosum 1313. A. suffruticosum; caulibus diffusis, tortuosis, teretibus, filiformibus; fol. sublanceolatis, incanis, dense pilosis; racemis corymbosis, pet. subintegris, luteis, staminibus edentu-

lia; siliculis subemarginatis. *Alyssum tortuosum W.* et *K.* t. 91. *W. En.* II. p. 611.
Twisted Stone-herb. A. *L'Adiseton tortu.* G. *Gedrehtes Steinkr.* G. *Tekerés Köfü.* H.
In saxosis montibus juxta Déva ibidem *auf der Burg* et in via petrosa versus pagum Ohaba-Ponor etc. Jun. — Aug. Suffr.
calycinum Scop. 314. A. caulibus basi sublignosis, procumbenti-adscendentibus, scabriusculis, incanis; racemis longis, calycibus persistentibus, piloso-ciliatis, pet. flavis, post anthesin albidis, integris, staminibus omnibus in medio interne dentatis, a membranula auctis; siliculis orbiculatis, emarginatis, villosis, tetraspermis. *Alyss. calycinum. J. A* t. 358. A. minimum *Cl. h.* II. p. CXXXIII. ic. *Ej. Pann.* p. 473. ic.
Chalice Stone-herb. A. *L'Adyseton calicinal*, ou *bouclier.* G. *Kelchfruchtartiges*, *teutsches Steinkraut.* G. *Tsészés Köfü.* H.
In campis, aridis, locis arenosis, sabulosisque. ac ruderatis et ad vinearum margines frequentissime. Maj. — Aug. A.

CCCLXIX. ARMORACIA *Rupp. Jen.* p. 87. *Horse-Raddish.* Angl. *Le Cranson.* Gall. *Meerrettig.* Germ. *Torma.* Hung.

Ch. Gen. *Silic.* longa, emarginata, undulata, loculis 3-spermis. *Sem.* ovata, emarginata.

rusticana Lam. 1315. A. caule bipedali, erecto, ramoso, sulcato, glabro; fol. *radical.* pedalibus, longe petiolatis, crenatis, *caul.* sessilibus, inciso-dentatis; racemis longis, terminalibus, laxis; cor. niveis; siliculis glabris. *Cochlearia Armoracia. Blw.* t. 415.
Officinal Horse-raddish. A. *Le Cranson ordinair*, ou *rustique*, *Le Raifort sauvage*; *La Moutarde des Allemands.* G. *Apotheker-* s. *gemeiner Meerrettig*; *Kreen.* G. *Patikai torma.* H. *Il Rafano salvatico.* I. *Hisján.* V.
In pomariis ad Segesvár; Morgonda alibique. Jun. Jul. P.

glabris, *radical.* petiolatis, subrotundo-ovatis, integerrimis, *caul.* alternis, amplexicaulibus, sparsis, oblongis, integris; florb. racemosis subregularibus, rubellis; siliculis obcordatis, glabris. *A. Ped.* n. 925. t. 55. f. 2. *Iberis rotundifolia. Scop.* II. n. 805. t. 37.

Round-leav'd Dittánder. A. *La Passerage à feuilles rondes.* G. *Rundblättrige Kr.* G. *Kerekleveltt rézsuka.* H.

In alpibus summis Barcensibus scil. in M. Thetzla, Piroska atque Csukás. Jul. Aug. P.

*** SILICULAE EMARGINATAE, aut ALA MEMBRANACEA INSTRUCTAE, aut ILLA DESTITUTAE.

CCCLXXI. THLASPI. L. G. 1078. *Mithridate*, or *Treacle-Mustard.* Angl; *Le Tabouret.* Gall. *Taeschelkraut.* Germ. *Szükésfü.* Hung.

Ch. Gen. *Silic.* obcordata, compressa, polysperma, valvis navicularibus, marginato-carinatis.

arvense L. 1323. Thl. caule subpedali, erecto, subangulato, ramoso, glabro; fol. *radical.* in orbem digestis, ovatis, obtusis, petiolatis, integerrimis, *caul.* alternis, sessilibus, semiamplexicaulibus, oblongo-lanceolatis, obtusis, hastatis, sinuato-dentatis, denticulis inaequalibus, *rameis* lineari-lanceolatis, acutius denticulatis, hastatis; florb. racemosis, parvis, albis, pedunculatis; siliculis orbiculatis, obtusis, membranaceis, glabris, emarginatis, 10. s. 12-spermis, stylo brevissimo terminatis. *Fl. D.* t. 793. *L. Ill.* t. 557. f. 1. *C. L.* 6. t. 48.

Field Treacle-Mustard; Penny-Cress. A. *Le Tabouret des champs; Le Senevé sauvage; La Monnoyére.* G. *Grosses T.; Acker-* s. *Bauarnsenf.* G. *Nagy Szükés* v. *borsotskafü; Parlagi tarsolyfü; Nyúfü; Vad mustár; Palatzkafü.* H.

In arvis et agris cultis neglectisque; item in pratis

arenosis et ad vias pagorumque sepes ubique. Maj.—Jul. A.

alliaceum Jacq. 1324. Th. caule cubitali erecto, glabro; fol. *radical.* longe petiolatis, spathulatis, *caulin.* oblongis, obtusis, dentatis, basi sagittatis, glabris; siliculis subovatis, inflatis, utrinque gibbis. *J. rar.* t. 121. *M. h.* 2. S. 3. t. 18. f. 28.

Garlick - Scenting Treacle - Mustard. A. *Le Tabouret à odeur d'Ail.* G. *Knoblauchduftendes T.* G. *Foghagyma szükésfü.* H.

In arvis et ruderatis. Jun. Jul. A.

saxatile L. 1325. Th. caule basi procumbente, dein erecto, glabro; fol. alternis, sessilibus, approximatis, integerrimis, carnosis, glabris, *inferiorb.* lanceolatis, obtusis, basi attenuatis, *superiorb.* lineari-lanceolatis, subacuminatis; florb. e violaceo-rubris; siliculis recurvis, subrotundis, margine ala lata pellucida subcrenulataque cinctis, apice emarginatis. *J. A.* t. 236. *Barr.* ic. t. 845.

Stone-Treacle-Mustard. A. *Le Tabouret des roches.* G. *Stein T.* G. *Kövi szükésfü.* H.

In alpinis subalpinis ibidem inter saxa frequens praeprimis in Mtb. Arszul; Csiblesz. Apr.—Jun. A.

hirtum Crantz. 1326. Th. caule palmari hirsuto; fol. *radical.* ovalibus, subnudis, ciliatis, *caul.* alternis, sessilibus, semiamplexicaulibus, sagittatis, villosis; floribus racemosis, albis; siliculis subrotundis, hirsutis, emarginatis. *Cr. A.* I. p. 22. n. 5. *B. Prodr.* p. 47. ic.

Hairy Treacle - Mustard. A. *Le Tabouret hérisse.* G. *Haariges T.* G. *Hajas szükésfü.* H.

In montb. calcareis scil. *die Mezöség* praeprimis versus Kolos et juxta Kolosvár nempe *die Heuwiesen.* Jul. Aug. B.

campestre L. 1327. Th. caule palmari cubitalive, erecto, tereti, pubescenti-tomentoso, superne ramoso; fol. incano-viridibus, *radical.* petiolatis, ovatis, subsinuato-denticulatis integerrimisve;

caul. amplexicaulibus, alternis, approximatis, sagittatis, dentatis; racemis terminalibus, cor. albis, vix calyce longioribus; silículis subrotundis, compressis, hirsutis, stylo brevi erecto coronatis. *C. L.* 5. t. 45. T. vulgatius. J.

Bastard Cress; *Peasant - Cress*; *Common Cowcress.* A. *Le Tabouret champêtre.* G. *Feld T. Bauernkresse.* G. *Mezei szükésfü.* H. *Il Tlaspi lanuginoso* I.

In arvis et campis; item ad vias agrorumque margines ubique. Maj — Jul. A.

montanum L. 1328. Th caulibus palmaribus, erectis, simplicibus, glabris; fol. glauco - viridibus, *radical.* in orbem digestis, obovatis, integerrimis, petiolatis, *caul.* alternis, amplexicaulibus, cordato - ovatis, s. cordato - lanceolatis, sagittatis, plerumque integerrrimis; florb. corymboso-racemosis, pedunculis *fructiferis* horizontalibus, *floriferis* erecto - patentibus, pet. calyce duplo longioribus, obovatis, subaequalibus, albis; siliculis obcordatis, membranaceis, glabris, plerumque octospermis, stigmate brevi terminatis. *J. A.* t. 237. Thl. mont. II. *Cl. h.* II. p. CXXXI. ic. *Ej Pann.* p. 467. ic.

Mountain Mithridate - Mustard A *Le Tabouret des montagnes.* G. *Berg T.* G. *Hegyi szükésfü.* H. *Il Tlaspi montano* I.

In vineis et ad vinearum margines fere ubique item in agris montosis arenosis copiose. Maj. Jun. A.

praecox Wulff. 1329. Th. caule digitali, simplici, erecto, tereti, filiformi; fol. *radical.* petiolatis, ovatis, crenatis; *caul.* alternis, sessilibus, amplexicaulibus, oblongo - obtusis, sagittatis; florb. corymbosis; siliculis obcordatis, triangularibus, ala membranacea cinctis, glabris, 6- vel 8 - spermis, emarginatis, stylo brevissimo rectoque coronatis. *I. Coll.* II. t. 9.

Early Mithridate - Mustard. A. *Le Tabouret printanier.* G. *Frühzeitiges T.* G. *Tavaszi szükésfü.* H.

In pratis montosis prope Ujégyház nempe in via

versus pagum Körpöd et in subalpinis commune. Apr. Maj. A.

perfoliatum L. 1330. Th. caule cubitali, erecto, ramoso, glabro; fol. *radical.* breviter petiolatis, oblongis, denticulatis; *caul.* amplexicaulibus, perfoliatis, cordatis, sagittatis, subdentatis, omnibus nudis glabrisque; pet. longitudine calycis, albis; siliculis obcordatis, glabris, stylo brevissimo coronatis. *J. A.* t. 337. *Cl. h.* II. p. CXXXI. ic.

Perfoliated Mithridate - Mustard, or *Shepherd's Purse.* A. *Le Tabouret enfilé.* G. *Durchwachsenes T.* G. *Öseszenyölt szükésfü.* H.

In montibus calcareis nempe *die Mezöség* scil. inter Kolos et Torda atque ibidem ad agrorum margines. Maj. Jun. A.

alpinum Jacq. 1331. Th. caule palmari brevioreque erecto, glabro; fol. *radical.* cespitosis, petiolatis, obovato-obtusis, integerrimis, subcarnosis, *caul.* alternis, semiamplexicaulibus, cordato lanceolatis, hirsutis; florb. corymboso-umbellatis, pedunculatis, pet. calyce duplo longioribus, albis; siliculis obcordatis, ala membranacéa crenulata instructis, emarginatis, stylo erecto distincte dentatis. *J. A.* t. 238. Thl. III. minimum. *Cl. h.* II. p. CXXXI. ic. *Ej. Pann.* p. 469 ic.

Alpine Mithridate - Mustard. A. *Le Tabouret des Alpes.* G. *Alpen T.* G. *Alpesi szükésfü.* H.

In alpibus Barcensibus, Fogarasiensibus Cibiniensibusque fere ubique. Jul. Aug. P.

alpestre L. 1332. Th. caule digitali, erecto, tereti; fol. *radical.* cespitosis, oblongo-ovalibus, subdentatis, in petiolum desinentibus; *caul.* oblongis obtusis, basi subsagittatis; florb. corymbosis, pedunculatis, pedunc. fructiferis horizontali-patentibus, pet. calycem subaequantibus; siliculis 2-spermis, stylo longo erectoque terminatis. *G. Monsp.* p. 470. *Ej. Ill.* p. 40. n. 3. *E. B.* t. 81.

Rocky Mithridate - Mustard. A. *Le Tabouret des Roches.* G. *Felsen T.* G. *Kövi szükésfü.* H.

In alpinis saxosis Barcensibus v. c. *Schülergebürge*; Thetzla; Piatrâ Mare; Butschetsch. Jul. Aug. A.

CCCLXXII. IBERIS. L. G. 1080. *Candy-Tuft.* Angl. *L'Iberide.* Gall. *Zungenblume.* Germ. *Nyelvirág.* Hung.

CH. GEN. *Cal.* patens. *Cor.* 4-petala, irregularis, petalis 2 exteriorb. longioribus. *Silic.* subrotundae, subcompressae, emarginatae, ala membranacea cinctae; septo contrario; loculis 1-spermis. *Sem.* subrotunda, ovata, compressa.

amara L. 1333. I. caule palmari, erecto, tereti, sulcato-striato, ramoso; fol. sessilibus, alternis, lanceolatis, acutis, subdentatis; florb. terminalibus, corymboso-umbellulatis, albis; siliculis subrotundis, compressis, glabris. *E. B.* t. 52. Thlaspidium *R. Tetrp.* t. 112. *Thlaspi amarum Crantz.*

Bitter Iberis, or *Candy-tuft.* A. *L'Iberide amère.* C. *Bittere Zung.* G. *Keserü nyelvirág.* H. *L'Iberide amaro.* I.

In arvis et ad hortorum sepes passim. Jun. Jul. A.

nudicaulis L. 1334. I. scapis digitalibus altioribusve erectis, simplicibus ramosisque, teretibus, striatis, subglabris; fol. in orbem digestis, terrae adpressis, longe petiolatis, sinuato-lyratis, glabris; bracteis lineari-obtusis; florb. corymbosis, pusillis, albis; siliculis cordatis, tetraspermis, glabris, stylo brevissimo terminatis. *C. L.* 6. t. 42. *Fl. D.* t. 323. *E. B.* t. 327. *Thlaspi nudicaule Decand.*

Rocky Créss; *Sand-Créss*; *Naked-stalked Candy-tuft.* A. *L'Iberide à tige nue.* G. *Nacktstielige Z.*; *kleine Schleifenblume.* G. *Leveletlen nyelvirág.* H.

In arenosis sterilibus et in agris iisdem prope Fagaras et versus Csik-Szereda; item in sylvis frequens. Maj. — Jul. A.

CCCLXXIII. CAPSELLA. *Ventenant.* *Shepherd's-Purse.* Angl. *La Bourse à pasteur.* Gall. *Hirtentasche.* Germ. *Pap-erszényfü.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* 4-phyllus, patens; foliol. concavis. *Cor.* petala aequalia. *Silic.* 3-angulares, obcordato-compressae, margine obtuse emarginatae, stylo brevi recto coronatae, loculis polyspermis.

Bursa-Pastoris. Vent. 1335. C. caule pedali, erecto, pubescente, superne ramoso; fol. utrinque hirsutis; *radical.* in orbem digestis, terrae incumbentibus, pinnatifidis integrisve, laciniis lanceolato-dentatis, *caul.* alternis, sagittato-lanceolatis, dentatis; florb. laxe corymbosis, pedunculis parvis, fructiferis horizontali-patentibus, corollis calyce majoribus, albis; siliculis utrinque obtusis, emarginatis, glabris. *Vent.* Tab. I. 3. p. 110. *Thlaspi B. Pastoris. C. L.* 1. t. 50. *Fl. D. t.* 729. *Rodschiedia. Fl. Wetter. Nasturtium. Roth. Iberis Crantz.* Bursa pastoris. *Blw.* t 5.

nana a) C. caule digitali, tenui; fol. *radical.* ovato-lanceolatis, indivisis, dentatis, *caul.* plerumque integerrimis angustioribus.

Common Shepherd's Purse. A. *La Bourse de berger commune; La Bourse à pasteur commune.* G. *Gemeine H.* G. *Közönséges paperszényfű; Pásztortáska; Isten Táskája; Béka-tarsoly; Pap erszénye; Portzogofű; Vérállatófű.* H. *La Borsa di Pastore.* I. *Punga Papi.* V.

In agris cultis neglectisque; in ruderatis, muris, pomariis, hortisque et ad sepes viasque ubique. Apr.—Novembr. A.

**** SILICULAE COMPRESSAE, PLANAE, SIMPLICES, vel GEMELLAE, EVALVES BIVALVESVE.

CCCLXXIV. BISCUTELLA. L. G. 1084. *Spectacles-Husk.* Angl. *La Lunettière.* Gall. *Brillenschote.* Germ. *Páp aszem-hűvelyűfű.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* foliola conniventia, colorata, 2 exteriora basi gibba. *Silic.* compresso-planae,

geminatae, rotundatae s. orbiculatae, superne inferneque emarginatae, stylo crasso erecto longoque terminatae, 2 loculares, loculamentis 1-spermis, lateri dehiscentibus.

laevigata 1336. B. caule cubitali brevioreque, flexuose erecto, tereti-striato, piloso, ramoso; fol. *radical.* plurimis in petiolum desinentibus oblongo-lanceolatis, dentatis; *caul.* sessilibus semiamplexicaulibus, raris, angustioribus integerrimis, omnibus hirsutis; florb. corymbosis, luteis; siliculis orbiculato-didymis, obtuse emarginatis, stylo intermedio columnari erecto coronatis, 2-spermis, glaberrimis. *J. A.* t. 339. Decand. Annal. T. XVIII. Collect. CVI. p. 299. n. 19. *Ej. Gall.* rar. p. 11. t. 38. *B. didyma. Scop.* Il. n. 804. *Clypeola didyma.* Cr. A. I. p. 20. Thl. clypeatum. *Cl. Pann.* p. 471. ic.

Smooth Spectacles-Husk. A. *La Lunettière lisse.* G. *Glattschotige Brillenschote.* G. *Sima pápaszem-hüvelyüfü.* H.

In herbidis alpinis ubique praeprimis in M. Surul; Bucesc; Dscheammeanie. Retyezát; Strasza etc. Jul. Aug. P.

saxatilis Lam. 1337. B. caule palmari altioreque, erecto, folioso, basin versus hirto; fol. obverse lanceolatis, inciso dentatis, hispidis; pet. luteis subemarginatis; siliculis orbiculato-didymis utrinque margineque scabris. *Dec. Syn.* p. 377. n. 4210. *Ej. cf. Annal. Tom. XVIII. Coll.* CVI. p. 201. n. 24. t. X. f. 1. var. β. *B. didym.* var. α. *Gouan. Ill.* p. 41.

Stone Spectacles-Husk. A. *La Lunettière des rochers.* G. *Steinliebende Brillenschote.* G. *Kőfali pápaszem-hüvelyüfü.* H.

In alpibus saxosis scil. in Mtb. *Arszul*; *Csiblesz* et *Guttin*, ac quoque *Wárfulo Paringuluj.* Jun. —Aug. P.

CCCLXXV. PELTARIA. L. G. 1083. *Shild herb.* Angl. *La Peltaire.* Gall. *Scheibenschote.* Germ. *Kurindjü.* Hung.

Ch. Gen. *Silic.* integrae, compressae, planae, pedicellatae, evalves, 1-loculares, 1- vel 2-spermae, non dehiscentes, stigmate crasso coronatae.

alliacea L. 1338. P. caule pedali, erecto, tereti, glabro, ramoso; fol. *radical.* petiolatis, cordatis, *caul.* alternis, amplexicaulibus, oblongis, obtuse lanceolatis, basi hastatis; florb. terminalibus racemosis, albis, pedunc. filiformibus, fructiferis horizontalibus; siliculis orbiculatis, glabris. *J. A.* t. 123. *Bohadsia Cr. A.* I. p. 5. t. 1. f. 1. *Clypeola. L. Ill.* t. 560. f. 2., Thl. mont. I. *Cl. h.* II. p. CXXX. ic. *Ej. Pann.* p. 466. Thl. pannonicum *B. h.* II. p. 932. ic.

Garlick Stinking Shild-herb. A. *La Peltaire à odeur d'ail* G. *Knoblauchduftende Scheibenschote.* G. *Foghagyma Karikáfü.* H.

In rupibus Hunyadensibus nempe Paring et Retyezát. Maj.— Jul. P.

CCCLXXVI. LUNARIA. L. G. 1085. *Lunar-Viol.* Angl. *La Lunaire.* Gall. *Mondviole.* Germ. *Holdfü.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* 4-phyllus, foliol. 2 alternis basi gibbis saccatis. *Silic.* magnae, compresso-planae, oblongae, pedicellatae, integrae, bivalves, stylo brevi erectoque coronatae, valvis dissepimento aequalibus, parallelis, planis. *Sem.* pauca, compressa.

rediviva L. 1339. L. caulibus bipedalibus, erectis, ramosis, sulcato-striatis, pilosis; fol. inferiorb. oppositis; reliquis alternis, longe petiolatis, cordato acuminatis, acute grosseque dentatis, mucronatis, utrinque pilosis; racemis terminalibus laxis, pedunculatis, coroll. e violaceo rubris; siliculis maximis, utrinque angustis, glabris 4- vel 6-spermis. *L. Ill.* t. 561. f. 1. Viola latifolia. *Cl. h.* I. p. 297. ic.

Perennial Lunar-Viol. A. *La Lunaire vivace.* G. *Spitzfruchtige Mondviole.* G. *Erdei lapitzkásfü*; *Lapotzka.* H.

In subalpinis umbrosis sylvisque montosis, v. c.

in S. Cibinensi versus M. *Götzenberg*; juxta Brassó, ibidem *am Kupellenberg* et versus Piatrá Mare et Schülergebürge in sylvis Rodnensibus i. e. post Neu-Rodna. In saxosis prope Torotzko scil. in Mtb. *Tilalmas*, *Székelykö*, item in Cott. Kővar ibidem in M. *Guttin* et denique in Cott. Szoln. Inter. nempe in M. *Arszul* etc. Apr.—Jul. P.

Ordo II. Siliquosae.

* SILIQUAE TERETES, LINEARES, ERECTÆ, s. DECLINATAE; BRACHIOLOBI.

CCCLXXVII. SISYMBRIUM. L. G. 1089. *Rocket.* Angl. *Le Sisimbre.* Gall. *Rauke.* Germ. *Kányafü.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* et *Cor.* patens. *Siliq.* brevis, vel longa, teres, striis erectis sulcata, erecta declinatave, dehiscens, valvis rectiusculis, non elasticis.

* SILIQUIS OBLONGIS, BREVIBUS, DECLINATIS.

Nasturtium Scop. 1340. S. caule repente radicanteque dein adscendente, tereti, ramoso, glabro; fol. alternis, petiolatis, pinnatis, pinnulis oppositis, brevissime petiolatis, ovatis, subdentatis, terminali ex ovato-cordato, lobato, summis pinnatifidis brevioribus; racemo terminali, laxo, coroll. albis; siliquis brevibus, primum patulis, dein declinatis, glabris. *Scop.* II. n. 820. *C. L.* 6. t. 44. *Fl. D.* t. 690. *Cardamine fontanea Lam.*

Watter Cress. A. *Le Sisimbre Cresson*; *Le Cresson d'eau*; *La Cressonnière.* G. *Brunnen* s. *Wasserkresse.* G. *Vizitorma*; *Vizi sásafü.* H. *Il Sisimbrio*, s. *Nasturzio*, o *Crescione acquatico.* I. *Brunecutze.* V.

In fossiculis rivulisque umbrosis v. c. prope Segesvár ibidem versus *Knopf* et *Kaltenberg* etc. item in subalpinis sylvaticis humidisque ubique. Maj. — Jul. P.

sylvestre L. 1341. S. stoloniferum; caule pedali, basi decumbente, dein erecto, ramoso, glabro; fol. alternis, pinnatis, pinnulis ovatis s. lanceolatis, serratis; florb. racemosis, parvis, calycb. aequalibus, longis, coroll. luteis; siliquis oblongis, patentibus, dein declinatis. *C. L.* 3. t. 41. *Fl. D.* t. 931. (male sculptum). *Brachiolobus sylvestris. A. Ped.* I. n 1012. t. 56. f. 2.

Wild Rocket. A. *Le Sisimbre sauvage*, ou *des bois.* G. *Wald Rauke.* G. *Erdei Kányafü.* H.

In pomariis umbrosis et sylvis elatioribus frequens. Jun. Jul. P.

terrestre Smith. 1342. S. caule pedali, erecto, anguloso-sulcato, glabro, ramoso, ramis alternis; fol. petiolatis, pinnatifidis; laciniis lineari-lanceolatis, dentato-serratis, impari reliquis longiore latioreque; pet. calyce brevioribus, luteis; siliquis declinatis, oblongis, glabris. *C. L.* 5. t. 49. S. *palustre Hoffm.* S. *islandicum. Fl. D.* t. 409. *Radicula palustris. Moench.*

Earth Rocket. A. *Le Sisimbre terrestre.* G. *Erd-Rauke.* G. *Földi Kányafü.* H.

In agris arenosis ruderatisque, ac quoque in muris vulgatissime. Jun.—Septbr. P.

Rad. simplex.

amphibium L. 1343. S. caule pedali, erecto, crasso, ramoso; fol. semiamplexicaulibus, sessilibus, ovato-lanceolatis, dentato-serratis; racemis terminalibus, laxis, nudis, pedunculis *florif.* horizontali-patentibus, *fructifer.* deflexis, pet. calyce longioribus, flavis; siliquis oblongis, subinflatis, glabris, integris, polyspermis, stylo brevi terminatis. *Fl. D.* t. 984. S. *aquaticum.* β. α. *Radicula lancifolia Moench.*

pinnatifidum β. S. foliis uniformibus, pinnatifidis, pinnulis denticulato-mucronatis.

heterophyllum γ. S. fol. *inferiorb.* et *submersis* pinnatis; pinnulis capillaceis, *emersis* pinnatifidis, reliquis lanceolatis, serratis. S. *palustre* α. *Linn.* *Eruca aquatica.* *M. h.* 2. S. 3. t. 6. f. 17. *S. Roripa. Scop.*

Amphibious α.) *Lance-leav'd* β.) *Feathered* γ). *Various-Rock t.* A. *Le Sisimbre amphibie.* G. *Wasser R.* G. *Vízi Kányafü.* H.

In rivulis, fluviis, piscinis, stagnis et pratis spongiosis intermixtim saepe occurrens. Jun.—Aug. P.

pyrenaicum L. 1344. S. caule cubitali, erecto, tenui, superne ramoso; fol. *radical.* petiolatis, lyratis, pinnulis subaequalibus, *impari* reliquis majore cordato, dentato; *caul.* alternis amplexicaulibus, bipinnatifidis, pinnulis linearibus, integerrimis; racemis terminalibus, pedunc. filiformibus, patentibus, coroll. luteis; siliquis ovato-oblongis, declinatis, stylo erecto filiformi terminatis. *Brachiolobus pyrenaicus All. Ped.* n. 1013. t. 18. f. 1.

Pyrenean Rocket. A. *Le Sisimbre des Pyrénées.* G. *Pyreneische R.* G. *Pireneusi Kányafü.* H.

In agris pratisque salinis ad Vizakna et Déésakna et in S. Udvárhely prope pagos Homoród Sz. Pál. Péter; in viis agrestibus versus Morgonda; N. Sink; Köhalom; Kolosvár alibique valde commune. Maj. — Jul. A.

** SILIQUIS PATENTI-ERECTIS (SISYMBRIA).

tenuifolium Smith. 1345. S. caulibus pedalibus, erectis, teretibus, glaberrimis, ramosis; fol. alternis, petiolatis, glaberrimis, e glauco viridibus, subintegerrimis, pinnatifidis bipinnatifidisque, pinnulis lineari-lanceolatis, decurrentibus, denticulatis, caul. summis integerrimis, flavescentibus; siliquis compressis, uncialibus, glabris. *E. B.* t. 525. *Brassica muralis. Huds. Eruca tenuifolia Moench.*

Fine-leav'd Rocket. A. *Le Sisimbre à feuilles me-*

nues. G. *Feinblättrige R*. G. *Vékony levelü Kányafü*. H.

In muris, cultis ruderatisque et ad vias vulgare. Jul. Aug. P.

murale L. 1346. S. caule cubitali palmarive, decumbenti-adscendente, tereti, simplici, nudo, pilis scabriusculis vestito; fol. *radical*. cespitosis, in petiolum desinentibus, lanceolatis, sinuatis, dentato-serratis, subtus pilosis; racemo terminali, longo, laxo, pedunculis alternis, uncialibus, horizontali-patulis, calycb. patentissimis, coroll. luteis; siliquis uncialibus longioribusque erectis, crassiusculis, stylo brevi, tereti, stigmate capitato. *E. B.* t. 1090. S. *Erucastrum*. G. *Illustr.* 42. t. 20. *Eruca decumbens Moench. Barr. ic.* 131.

Wall-Rocket. A. *Le Sisimbre des murailles*. G. *Mauerrauke*. G. *Kőfali Kányafü*. H. *Il Sisimbrio Racchetta*. I.

Ad vias et agrorum margines et in via publica versus pagum Balázsfalva etc. Maj. — Septbr. A.

arenosum L. 1347. S. caule subpedali, erecto, tereti, striato, pilis 2-3-fidisve niveis vestito, ramoso; fol. utrinque pilis furcatis hispidis obsitis, *radical*. in orbem digestis, in petiolum decurrentibus pinnatifidis; pinnulis inaequalibus, conniventibus, terminali maxima; *caul*. alternis, sessilibus, sinuato-dentatis; *summis* lineari lanceolatis, integerrimis, simpliciter hispidis; racemis terminalibus, nudis, laxis, calycb. glabris, denticulis barbatis; coroll. albidis, vel pallide violaceis; siliquis gracilibus, compresso-teretibus, patenti-erectis, stylo brevissimo coronatis, stigmate capitato. *Arabis arenosa. Scop. Carn.* n. 837. t. 40. *W. Carp.* n. 674. Erys. praecox. fl. carneo. *Barr. ic.* t. 196.

Sand Rocket. A. *Le Sisimbre sablonier*. G. *Sand Rauke*. G. *Homok Kányafü*. H.

In agris sterilioribus prope Szeben; Segesvár; Kő-

halem etc. et in pomariis elatioribus scil. Kolosvár et Segesvár frequens. Apr.—Jun. A.

Sophia L. 1348. S. caule palmari bipedalive simplici ramosissimoque, erecto, tereti, pubescente; fol. alternis, sessilibus, incano-subpubescentibus, 5-pinnatis; pinnis linearibus, passim 1-dentatis; racemis terminalibus, longis, laxis, nudis, pet. calyce minoribus, e viridi flavis; siliquis tereti-compressis, patenti-erectis, glabris, stigmate obtuso, capitato coronatis. *Fl. D.* t. 528. *E. B.* t. 963.

Flixweed; *Sophia-herb*. A. *Le Sisimbre sagesse*; *La Science des Chirurgiens*; *Le Talitron des boutiques*. G. *Sophienkraut*; *grofses Besenkraut*. G. *Zzófia-seprő*; *Scbforrasztófű*. H.

Ad sepes viasque et in ruderatis, muris cultisque ubique. Apr. —Jul. A.

pannonicum Jacq. 1349. S. caule bipedali, decumbenti-erecto, ramosissimo, subtereti, sulcato-striato, laevi, pilis raris horizontalibus niveis vestito; fol. saturate viridibus, in petiolum desinentibus, runcinatis, dentatis, *caulinis* sessilibus, pinnatis, pinnulis lineari-acutis, integerrimis, terminali reliquis longiore, lineari-lanceolata, subdentata; *floral.* lineari-lanceolatis, 2-s. 3-dentatis (passim integerrimis), denticulis lanceolato-acutiusculis; racemis terminalibus, longis, calycibus erectis, subpatulis, ungues aequantibus, e viridi flavescentibus, coroll. luteis; siliquis patentibus, tereti-compressis, utrinque linea solitaria exaratis, glabris, stigmate obtuso coronatis, seminibus torulosis, protuberantibus. *J. rar.* t. 123. *W. Carp.* n. 661.

Hungarian Rocket. A. Le Sisimbre de Pannonie. G. *Hungarische R.* G. *Magyar Kányafű.* H.

In agris arenosis et pratis sterilioribus, prope Déva; Kolos; Kolosvár etc. Jun. Jul. P.

Irio L. 1350. S. caule pedali, longiore, e basi ramoso, dichotomo, subangulato, nitido, glabro, ramis alternis, divaricatis; fol. in petiolum de-

sinentibus, flaccidis, saturate viridibus, obtusis, glabris, inferiorb. oblongis, runcinatis, obtuse dentatis, lacinia media profundius sinuata s. pinnatifia; florb. racemosis, pet. integerrimis, calyce subcolorato vix duplo longioribus, flavis; siliquis erectis, linearibus, teretiusculis, nitide glabris, stigmate retuso terminatis. *J. A.* t. 322. *C. L.* 5. t. 48.

Smooth Rocket; *Broad-leav'd Rocket*; *Hedge Mustard.* A. *Le Sisimbre lis*, ou *Irio.* G. *Glatte R.* G. *Sima Kányafü.* H. *L'Irio.* I.

In aggeribus ruderatisque et ad agrorum margines vulgatissimum. Jul. A.

In agris macilentis juxta Kőhalom et A. Rákos etc. Jun. Jul. A.

pannonica Jacq. 1507. V. caulibus pedalibus, procumbenti-adscendentibus, angulosis, pubescentibus; fol. alternis, laete viridibus, sericeo-pilosis, 6- s. 8-jugis, foliol. suboppositis, obovatis, oblongis, emarginatis, mucronatis, stipulis integerrimis, basi macula fusca notatis; pedunc. axillaribus, 3- s. 4-floris; vexillo villoso, legumb. pilosis, sericeis. *J. A.* t. 34. *Bieb.* II. n. 1412. *W. Carp.* n. 722. V silv. flore albo. I. *Cl. h.* II. p. CCXXXV. *Ej. Pann.* p. 745. ic.

Hungarian Vetch. A. *La Vesce de Pannonie.* G. *Hungarische W.* G. *Magyarországi bükkön.* H.

In pomariis et pratis, item ac ad sepes agrorumque margines frequentissime. Jun.—Aug. A.

sordida Waldst. 1508. V. caule pedali procumbenti-adscendente, simplici, striato, glabro; fol. alternis, glabris, 5- vel 6-jugis, foliol. alternis, petiolatis, oblongo-truncatis, setula brevi mucronatis, cirrhis 3- s. 4-phyllis, stipulis semisagittato-denticulatis, macula notatis; florb. solitariis, brevissime pedicellatis, e sordido flavescentibus, calyce glabro, lineato; legumb. patentibus, subsessilibus, geminis, glabris. *W.* et *K.* t. 134. *Bieb.* II. n. 1411.

Foully-Flowered Vetch. A. *La Vesce salejaune.* G. *Schmutziggelbe W.* G. *Matskos-sárgos bükkön.* H.

In pratis montosis *die Mezöség* copiose. Jul. Aug. A.

sepium L. 1509. V. caule cubitali altioreve, simplici, anguloso-sulcato, glabro; fol. alternis, cirrhosis, 3-6-jugisque, foliol. oppositis, petiolatis, ovatis, obtusis, emarginatis, mucronulatis, venosis, subpubescentibus; cirrhis 3- s. 4-phyllis, stipulis lanceolatis, basi sagittato-acute dentatis, macula fusca notatis; pedicellis subquaternis, erectis, florb. nutantibus, e caeruleo-violaceis, calycb. pilosiusculis, legumb. rectis, nigris, nitide glabris. *Bieb.* II. n. 1414. *W. Carp.* n. 720. *Fl. D.* t. 699. *R. Tetr.* t. 56. f. 1.

English Hedge, or *Bush Vetch.* A. *La Vesce des háies.* G. *Hain*, s. *Zaunwicke.* G. *Sövény futó bükkön.* H. *La Veccia ottusa.* I.

In dumetis, pomariis et ad hortorum sepes vulgatissime. Maj. Jun. P.

** LEGUMINA NODOSO-TORULOSA, OBLONGA. VICIAE. Linn. (*Vogelwicken*)

α) *Pedunculis elongatis.*

pisiformis. L. 1510. V. caule adscendente, ramoso, angulato-sulcato, glabro; fol. alternis, glabris; 4- s. 6-jugis; foliol. subpetiolatis, ovatis, sub-

rotundis, obtusis, integris, mucronatis, infimis cauli approximatis, cirrhis polyphyllis, stipulis semisagittatis, denticulato-setaceis; pedunc. alaribus, longis, multifloris, florb. racemosis, secundis, ochroleucis, striatis, legumb. nitidis, glaberrimis. *J. A.* t. 364. *Bieb.* II. n. 1402. Pisum sylvestre. *Cl. h.* II. p. CCXXIX. ic. *Ej. Pann.* p. 734. ic. *Cracca* etc. *R. Tetr.* t. 52.

Pea's Bird's-tare, or *Hungarian Wood-Vetch.* A. *La Vesce à feuilles de pois; Le Veseeron sauvage dé Pannonie.* G. *Erbsen Vogelwicke.* G. *Lentsforma babó.* H. *La Veccia Pisello.* I.

In nemoribus montosis prope Segesvár et Brassó, item in iisdem locis versus Aquam Mineralem Lövéte. Jun. Jul. P.

dumetorum L. 1511. V. caule adscendente, anguloso, glabro; fol. alternis, 6-jugis; foliol. subpetiolatis, ovato-oblongis, obtusis, mucronatis, stipulis dentatis, denticulis subciliatis; florb. racemosis, e purpureo-violaceis, legumb. ventricosis, glabris. *Bess.* n. 863. *W. Carp.* n. 715. *Cracca sylvatica. R. Tetr.* 51. *J. Bauh.* II. p. 316. f. 1.

Hedge Bird's-Vetch. A. *Le Vesceron des buissons.* G. *Hecken Vog.* G. *Bokori babó.* H.

In dumetis nemoribusque umbrosis ubique. Maj.—Jul. P.

villosa Roth. 1512. V. caule debili, anguloso-sulcato, villosissimo; fol. alternis, multijugis, foliol. oblongo-ovatis, mucronatis, remotis, stipulis semisagittatis, basi obtuse dentatis, nervosis, ovato-lanceolatis; pedunc. multifloris, florb. imbricatis, e purpureo-violaceis, calycb. villis longis obductis, dentibus setaceis, seminibus glabris, nigris, pulvere fuliginoso adspersis. *Roth.* T. III. p. 182. *Host. Syn.* 399. *Bess.* n. 865. *W. Carp.* n. 719.

Rough-haired Birds'-Vetch. A. *Le Vesceron velu.* G. *Zottige Vog.* G. *Bojtos babó.* H. *La Veccia vellosa.* I.

In pratis montosis vineisque frequens. Jun. Jul. A.

polyphylla Desfont. 1513 V. caule pedali altioreve, anguloso-sulcato, subvilloso; fol. alternis, multijugis, sericeo-pilosis, foliol. suboppositis, brevissime petiolatis, oblongis, lanceolatis, mucronatis, laete viridibus, subtus nervosis, stipulis semisagittatis, lanceolato-mucronatis, pedunc. alaribus folio longioribus, multifloris, florb. racemosis, secundis, pedicellatis, subpendulis, e violaceo-rubris. *Desf. Atl.* 2. p. 162. *Bieb.* II. n. 1401.

Multi-leav'd Bird's-tare. A. *Le Vesceron polyphylle.* G. *Vielblättrige Vog.* G. *Soklevelü babó.* H.

In pratis subalpinis Bistriciensiensibus nempe versus *Pojane Blashi* et versus *M. Guttin* in Cott. Szoln. mediocri. Jun.—Aug. A.

Cracca L. 1514. V. caule pedali altioreque, adscendente, anguloso-sulcato, dense longeque piloso; fol. alternis, longe pilosis, subtus nervo longitudinali distincto instructis, multijugis, foliol. suboppositis, brevissime petiolatis, approximatis, lineari-lanceolatis, mucronulatis, integerrimis, stipulis semisagittatis, lineari-acutis, pedunc. sulcatis, folio longioribus, multifloris, florb. dense racemosis, subpendulis, e violaceo-caeruleis, pedicellatis, legumb. pendulis, venosis, glaberrimis, polyspermis. *Bieb.* II. n. 1405. *W. Carp.* n. 718. *Fl. D.* t. 804. *C. L.* 5. t. 54. *R. Tetr.* t. 49.

Common Tufted Vetch. A. *Le Vesceron d'Europe.* G. G. *Gemeine Vog.* G. *Közönséges babó.* H. *La Veccia commune.* I.

In dumetis agrisque cultis atque ad sepes valde communis. Jun.—Aug. P.

tenuifolia Roth. 1515. V. caule adscendente, anguloso-sulcato, flexuoso, erecto; subpiloso; fol. alternis, multijugis; foliol. brevissime petiolatis, suboppositis, linearibus, mucronatis, laete viridibus, glabriusculis, subtus 3-nerveis, stipulis *inferiorb.* semisagittatis; *superiorb.* li-

nearibus, acutis; pedunc. folio duplo longioribus, teretibus, sulcatis, glabris, multifloris, florb. in longum racemum laxumque dispositis, pedicellatis, violaceis, legumb. 6-spermis, glabris. *Bieb.* II. n. 1406. *W. Carp.* n. 717.

Smal-leav'd Bird's-Vetch. A. *Le Vesceron à feuilles étroites.* G. *Schmalblättrige Vog.* G. *Vékony-levelü babó.* H.

In agris montosis prope Ujégyház et Kőhalom. Jul. Aug. A.

β) *Florb. axillaribus subsessilibus.*

sativa L. 1516. V. caule adscendente, anguloso-sulcato, glabro, fol. alternis, cirrhosis, 5- s. 7-jugis, foliol. alternis, petiolatis, oblongo-ovatis, truncatis, mucronatis, stipulis dentatis, macula notatis, semiamplexicaulibus; florb. brevissime pedicellatis, e violaceo-purpureis, legumb. erectis, longis, ensiformibus, polyspermis. *E. B.* t. 334. *Fl. D.* t. 522. *Bess.* n. 867. *W. Carp.* n. 721. *Riv.* t. 54.

Horse-Bird's-tare; Common Vetch. A. *Le Vesceron cultivé.* G. *Futterwicke.* G. *Ló babó.* H. *La Veccia pascola.* I.

In cultis et pratis pinguibus etc. vulgaris. Jun. Jul. A.

angustifolia Bieb. 1517. V. caule pedali, ramosiore, debili; fol. alternis, 5- vel 6-jugis, foliol. suboppositis, *inferiorb.* ovatis, retusis, emarginatis, *superiorb.* linearibus, acuminatis, omnibus integerrimis, mucronatis; stipulis dentatis; florb. solitariis, aut geminis, pedicellatis, purpureis; legumb. erecto-patulis, nigris, glabris; semb. glabris, atris. *Bieb.* II. n. 1407. *Bess.* n. 868. *A. Ped.* t. 59. f. 2. *R. Tetr.* t. 55. f. 2. V. *sativa.* β. *nigra. Linn.*

Small-leav'd Bird's-tare. A. *Le Vesceron à feuilles étroites; La Vesce de Pigeons* G. *Schmalblättrige Vog.; Taubenwicke.* G. *Keskenylevelü babó.* H.

In cultis vineisque prope Segesvár ibidem *am Sichenberg*. Jun.—Aug. P.

tetrasperma Moench. 1518. V. caule flexuoso-erecto, anguloso, subvilloso; fol. alternis, petiolatis, plerumque 4-jugis, foliol. suboppositis, linearibus, obtusis, mucronulatis, sericeis, cirrhis subsimplicibus, longis, tortuosis, stipulis semisagittatis, integerrimis; pedunc. alaribus, filiformibus, subbifloris, florb. pedicellatis, solitariis, ex albo caeruleis, nutantibus, legumb. pendulis. plerumque tetraspermis, glabris. *Moench.* l. c. 148. *Ervum tetraspermum. C. L.* 1. t. 55. *Fl. D.* t. 95. *Bieb.* II. n. 1417. *Bess.* n. 873.

Smooth-tare. A. *Le Vesceron tetrasperme*; ou *L' Ers à quatre graines*. G. *Viersaamige Wicke.* G. *Négymagú babó.* H. *La Veccia montana.* I.

In agris cultis et neglectis. Jun. Jul. A.

CCCCXIV. FABA. *Jussieu. Horse-Bean.* Angl. *Le Feve.* Gall. *Pferdsbohne.* Germ. *Lóbab.* Hung.

Ch. Gen. *Legumen* speciosum, magnum, coriaceum, subtumidum. *Sem.* oblonga. Caetera ut in *Vicia*.

vulgaris Decand. 1519. F. caule bipedali, erecto, anguloso, crasso, glabro; foliol. ovato-acuminatis, integerrimis, stipulis sagittatis, basi dentatis; corollae alis circa medium atra macula notatis, vexillo brevioribus; legumb. subpedicellatis, ternis, longis, ventricoso-teretibus, torulosis. Faba equina. β. B. *Pin.* 338. *Vicia Faba. L. Blw.* t. 19. *Riv.* t. 23. et 24.

Broad-Bean; Horse-Bean. A. *La Féve commune.* G. *Gemeine Pferds* s. *Saubohne.* G. *Disznó bab*; *kerti disznó-bab.* H. *La Fava de Cavalli.* I.

In cultis passim et β.) in plurimis Cottbs. Sedibusque culta. Jun.—Aug. A.

CCCCXV. ERVUM. L. G. 1188. *Tare.* Angl. *L'Ers.* Gall. *Linsenwicke.* Germ. *Borsóka.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* 5-fidus, laciniis lineari-acutis, corolla brevioribus. *Stigm.* capitatum, undique

pubescens. *Legum.* oblongum, 2-spermum. *Sem.* globosa.

hirsutum L. 1520. E. caule debili, angulato; fol. alternis multijugis, foliol. suboppositis, petiolatis, linearibus, apice truncatis, mucronulatis, cirrhis multifidis; stipulis semisagittatis, lineari-lanceolatis; pedunc. alaribus, folio minoribus, multifloris, florb. racemosis, secundis, nutantibus, pedicellatis, ex albido caeruleis, legumb. subpendulis, plerumque 2-spermis, hirsutis. *C. L.* 1. t. 54. *Bieb.* II. n. 1418. *W. Carp.* n. 724. *Fl. D.* t. 639. *Schkh.* t. 202. *Cracca minor. R. Tetr.* t. 53. f. 1.

Hairy Tare. A. *L'Ers velu.* G. *Rauhhaarige Linsenwicke.* G. *Szőrös borsóka*; *Borzas lednek.* H. *La Lente irsuta.* I.

In cultis pratisque ubique. Jun.—Aug. A.

CCCCXVI. COLUTEA. L. G. n. 1196. *Bladder-Senna.* Angl. *Le Baguenaudier.* Gall. *Blasenstrauch.* Germ. *Varjúköröm.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* 5-fidus, tubulosus. *Carina* obtusa. *Styl.* per totam longitudinem deorsum barbatus. *Legum.* inflatum, 1- loculare, polyspermum, sutura superiore intus tumida dehiscente.

arborescens L. 1521. C. fol. impari-pinnatis, foliol. alternis, petiolatis, obcordatis, emarginatis, stipulis basi petiolorum, lanceolatis, albido-pilosis; pedunc. sub-6-floris, legumb. apice clausis. *Bieb.* II. n. 1427. *L. Ill.* t. 624. f. 1. *Dec. Astr.* p. 50. n. 1. C. M. 3. t. 81. *Colut. hirsuta. Roth. Colutea. R. Tetr.* t. 20.

Common Bladder Senna. A. *Le Baguenaudier arbrisseau*, ou *à vessies*; *Le Faux Séné*, ou *Séné sauvage.* G. *Gemeiner Blasenstrauch* s. *Blasenbaum*; *falsche Senne*; *Schaflinsen.* G. *Közönséges varjúköröm*; *Hólyagos borsófa.* H. *La Collutea comune.* I.

Ad vinearum sepes juxta N. Enyed et in Cott. Hunyadensi in herbidis rupestribus versus M. Piatrâ Alba. Jun. Jul. Fr.

β. Stigmate imberbi.

CCCCXVII. LENS. Fl. Wetter. T. III. p. 4. *Lentil.* Angl. *La Lentille.* Gall. *Linse.* Germ. *Lentse.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* 5-fidus, corollae longitudine, laciniis 4 superioribus vexillo incumbentibus, lineari-subulatis. *Styl.* glaber. *Stigm.* simplex. *Legum.* subventricosum, 2-spermum. *Sem.* suborbiculata.

esculenta Moench. 1522. L. caule cubitali erecto, angulato, subpiloso; fol. alternis, 3- s. 5-jugis, petiolatis, oblongis, obtusiuscule mucronulatis, stipulis lineari-acutis, integris; pedunc. alaribus folia subaequantibus, plerumque 2-floris, pilosis, bracteis aristatis, florb. pedicellatis, solitariis, niveis; legumb. brevibus, plerumque 2-spermis; sem. compressiusculis, orbiculatis, e bruneo fuscis. *Ervum Lens Linn. Schkh.* t. 202. *Lens α) microsperma. β. macrosperma. R. Tett.* t. 35. f. 1. 2.

Common Lentic. A. *La Lentille cultivéé α La Lentille des champs.* β. *La grande Lentille.* G. *Gemeine Linse α) Feld- β) Garten-Linse.* G. *Mezei v. Kerti Lentse.* H.

In agris inter segetes et pratensibus, item in pratis campestribus α) sponte crescens β) in agris urbanis paganisque culta. Jun. Jul. A.

CCCCXVIII. CYTISUS. L. G. 1191. *Base-Trefoil-tree*, or *bush.* Angl. *Le Cytise.* Gall. *Schottenbaum* s. *Griestaude.* Germ. *Zanót.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* bilabiatus. *Carina* erecta. *Legum.* basi attenuatum, obtusum, polyspermum, pedicellatum. *Fol.* ternata. *Flores* plerumque lutei.

* CALYCE BREVI CAMPANULATO.

Laburnum L. 1523. C. inermis; fol. longe petiolatis, alternis, 3-natis, foliol. ovato-oblongis, brevissime petiolatis, integerrimis, pubescentibus,

breviter mucronatis; racemis simplicibus, pendulis, laxis, florb. pedicellatis, racemosis, luteis, legumb. margine utrinque elevato notatis, basi attenuatis, subtomentosis. *J. A.* t. 306. *Bauh. h.* I. p. 2. p. 361. ic. Laburnum. *Riv.* t. 62.

Common Broad leav'd Laburnum; Bean-Trefoil. A. *Le Cytise aubour; L'Amborn; Le Faux ébéniér.* G. *Gemeiner Bohnenbaum; falscher Ebenbaum; Linsenbaum; Goldner Regen.* G. *Fái zanót.* H. *Il Citiso Maggioccondolo, o Anagiri-minore; La Fava inversa.* I.

In sylvis alpestribus Hunyadensibus versus M. *Paringuluj.* Jun. Fr.

nigricans. L. 1524. C. trunco bipedali, tereti, erecto; villoso, ramoso; fol. alternis, petiolatis, villosis, ternatis, foliol. elliptico-ovatis, ciliatis, breviter mucronatis, subtus pubescentibus; racemis terminalibus, erectis, multifloris; florb. pedicellatis, cernuis, bracteis setaceis, cor. e luteo flavis, vexillo carina breviore, calycinis denticulis pusillis; sericeis, legumb. pubescentibus. *J. A.* t. 387. *W. Carp.* n. 725. *L. Ill.* t. 618. f. 3. Cyt. III. *Cl. h.* I. p. 95. ic. Cyt. I. *Ej. Pann.* p. 36. ic. Cytisus. *Riv.* t. 72.

Black Bean tree. A. *Le Cytise noirâtre.* G. *Schwarze Griesstaude; schwärzlicher Bohnenbaum.* C. *Fekete Zanót.* H. *Il Citiso nero.* I.

In nemoribus montosis, ad vinearum sylvarumque margines fere ubique. Jun.—Aug. Fr.

** CALYCIBUS TUBULOSIS.

capitatus. Jacq. 1525. C. trunco pedali altioreque, erecto pubescente, ramoso, ramis strictis, teretibus, villosis, adultioribus glabris; fol. petiolatis, ternatis, foliolis obovatis, villosis; florb. terminalibus capitato-umbellatis, bracteis linearibus, calycb. ventricoso-tubulosis, pubescentibus, cor. luteis; legumb. fuscis, pubescentibus.

J. A. t. 33. Cyt. V. *Cl. h.* I. p. 96. Cyt. II. *Ej. Pann.* p. 38. ic.
Poll-bearing Bean-tree. A. *Le Cytise en tête.* G. *Kopfförmiger Bohn.* G. *Fejes Zanót.* H.
In sylvis montosis juxta Vajda-Húnyad, Déva et Dobra. Jun.—Aug. Fr.
austriacus Jacq. 1526. C. trunco humili, ramosissimo; ramis erectis cubitalibus pedalibusve, tuberculatis, strigoso-pubescentibus; fol. sericeo-pilosis, foliol. brevissime petiolatis, lanceolatis, acutis, margine reflexis, ex albo sericeis; florb. axillaribus terminalibusque umbellatis, pedicellatis; calycb. e viridi-flavescentibus, hirsutis; cor. flavescentibus, staminibus 8, omnibus connatis. *J. A.* t. 21. *Bieb.* II. n. 1422. C. VII. *Cl. h.* I. p. 95. C. III. *Ej. Pann.* p. 41. ic.
Austrian Bean-tree. A. *Le Cytise d'Autriche.* G. *Oesterreichischer Bohn.* G. *Austriai Zanót.* H.
In montosis vineisque fere ubique. Jul. Aug. Fr.
leucanthus Waldst. 1427. C. trunco subbipedali, erecto, ramoso, ramis tenuissime pubescentibus, foliol. ellipticis, oblongis, apice obtusis, mucronatis, superne glabris, subtus sparse pilosis; florb. terminalibus, capitato-umbellatis, bracteis acutis, calycb. pubescentibus, cor. albidis, legumb. pollicaribus, villosis. *W.* et *K.* t. 132.
Whitely Bean-tree. A. *Le Cytise blanchâtre.* G. *Weissblüthiger Bohn.* G. *Fejéres zanót.* H.
In nemoribus montosis et pratis elatioribus versus Dobra, Segesvár, Kolosvár etc. Jun. Jul. Fr.
elongatus Waldst. 1428. C. trunco 3-pedali, erecto, ramoso, ramis elongatis, pilis adpressis vestitis; fol. longe petiolatis, foliol. obovatis, obtusis, utrinque dense pilosis; florb. axillaribus, pedicellatis, subquaternis; cor. luteis; legumb. albo-sericeis. *W.* et *K.* t. 183.
Elongated Bean-tree. A. *Le Cytise élongé.* G. *Verlängerter Bohn.* G. *Nyúláng zanót.* H.
In sylvis umbrosis ad Cott. Hunyadensem spe-

ctantibus scil. prope Máros Némethi, Batrina et Roskány etc. Maj. Jun. Fr.

supinus. L. 1529. C. trunco pedali, decumbente, ramoso; fol. subtus ex albo-villosis, foliol. obovatis, obtusis; florb. axillaribus pedicellatis, subbinatis, calycb. hirsutis, cor. sulphureis, legumb. lanuginosis. *J. A.* t. 20. *Bieb.* n. 1421. *W. Carp.* 727. Cyt. VII. Cl. h. I. p. 96. ic.

Trailing Base-bush. A. *Le Cytise nain*. G. *Gestreckter Schotenstrauch*. G. *Elterjedt zanót*. H.

In nemoribus elatioribus umbrosisque; item in dumetis, asperis, apricis collibusque et quoque ad vinearum margines fere ubique. Apr.—Jun. Fr.

CCCCXIX. LOTUS. L. G. 1212. *Bird's-Toot-trefoil*. Angl. *Le Lotier*. Gall. *Schottenklee*. Germ. *Lóhere*. Hung.

Ch. Gen. *Cal.* persistens, tubulosus, 5-fidus, laciniis acutis aequalibus. *Alae* vexillo breviores, sursum conniventes. *Legum.* oblongum, teres, toruloso-inflatum. *Sem.* rotunda.

corniculatus. L. 1530. L. caulibus subdecumbentibus, patentibus, subangulosis, glabris, solidis, fol. alternis, petiolatis, foliol. obovatis, emarginatis, pilosis, stipulis magnis, ovatis; pedunc. axillaribus terminalibusque, longis, glabris, capitulis depressis, umbellatis, 8-10-florisve, bracteis 3-phyllis, dentibus calycinis pubescentibus, cor. luteis; legumb depressis, patentibus, cylindricis, polyspermis, glabris. *Linn.* — *Bieb.* II. n. 1537. *W. Carp.* n. 759. *Schkh.* t. 211. *C. L.* 2. t. 55. *Fl. D.* t. 991.

sylvaticus α) L. caule pedali, erecto, fol. stipulisque laete viridibus; capitulis subrotundis, florb. majoribus.

alpinus Schleich β) L. caule digitali procumbente, subglabro; capitulis paucifloris.

Common Bird's-Foot-trefoil. A. *Le Lotier corniché*. G. *Gehörnter Schot.*; *Hörnerklee* α) *Wald*. β) *Alpen Schottenk*. G. *Szarvas sárgahere*. H. *La Mullaghera ginestrina*. I.

In campis, pratis et versuris α) in pratis sylvaticis β) in subalpinis alpinisque frequentissime Jun.—Aug. P.

tenuifolius Poll. 1531. L. caule digitali palmarique suberecto, simplici ramosoque, piloso, fistuloso, foliol. cum stipulis elliptico-ovatis, lanceolatis, ciliatis; capitulis depressis, paucifloris, florb. majoribus, luteis, bracteis 3-phyllis, lineari-acutis, calycinis laciniis longe barbatis; legumb. patentibus, cylindricis. *L. uliginosus. Hoffm.*
Small-leav'd Bird's-Foot-trefoil. A. *Le Lotier à feuilles étroites.* G. *Feinblättriger Schot.* G. *Keskenylevelü sárgahera.* H.

In locis uliginosis alpestribuque freqnens. Jun.—Aug. P.

tenuis Kit. 1532. L. caule decumbente, pedali, ramosissimo, laevi, tereti, subsulcato; fol. alternis, subsessilibus, 5-natis, foliol. lineari-lanceolatis, mucronulatis, glabris; florb. umbellatis, pedicellatis, plerumque 4, bractea unica sessili lineari-lanceolata auctis, calycis glabriusculi denticulis lanceolato-setaceis, coroll. e livido luteo-aureis, bene suaveolentibus; legumb. horizontalibus, sub-4-nis, teretibus, glabris, arista declinante longa terminatis. *W.* et *K.* Mspt.
Le Lotier delié. G. *Zartstänglicher Schotenklee.* G. *Vékony sárgahere.* H.

In pratis arenoso-elatioribus agrisque neglectis post Kraszna nempe in via rurali versus pagum Vártelek. Jul. Aug. P.

CCCCXX. ROBINIA. L. G. 1195. *Robinia.* Angl. *Le Robinier.* Gall. *Robinie.* Germ. *Akátzfa.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* campanulatus, obtusus, parvus, quadridentatus. *Styl.* adscendens, antice hirsutus. *Legum.* oblongum, 1-loculare, polyspermum. *Sem.* compressa.

speudacacia L. 1533. R. racemis pendulis, pedicellis 1-floris; fol. impari-pinnatis, stipulis spinosis, cor. niveis, suave odorantibus; legumb. cum

calyce glabris. *Wang. Beitr.* p. 16. t. 7. f. 19. *L' Ill.* t. 606. f. 1. *Pseudoacacia. Moench. Riv. tetr.* t. 63.

Common Robinia; Bastard Acacia; Locust-tree. A. *Le Robinier faux-acacia.* G. *Gemeine Robinie; falscher s. unächter Acazienbaum; Heuschreckenbaum; Virginischer Schotendorn.* G. *Fejér akaszfa; Koronáſa; kökörniſa.* H.

Ad sepes hortorum et in ambulacris, hortis et passim in nemoribus quasi spontanea. Maj. Jun. Ar.

CCCCXXI. GALEGA. L. G. 1206. *Goat's-Rue.* Angl. *La Lavanèse.* Gall. *Geisraute.* Germ. *Gálgafű.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* campanulatus, semi-5-fidus, dentibus subaequalibus. *Legum.* oblongum, erectum, torulosum.

officinalis L. 1534. G. caule pedali, erecto, rigido, tereti, ramoso; fol. *radical.* in orbem digestis, *caulin.* alternis, omnibus glabris, cum impari pinnatis, foliol. 15 vel 17 oppositis, petiolatis, oblongis, utrinque angustis, striatis, mucronatis, stipulis lanceolatis, basi sagittatis; racemis longe pedunculatis, axillaribus terminalibusque, erecto-patentibus, florb. pedicellatis, nutantibus, ex albo caeruleis; legumnb. erectis, strictis, linearibus, striis obliquis notatis, laevibus. *L. Ill.* t. 625. G. vulgaris. *Cl. h.* II. p. CCXXXII. ic. *Blw.* t. 92. *R. Tetr.* t. 74.

Goats Rue of the Shops. A. *La Lavanése ordinaire; La Rue de Chèvre.* G. *Gebräuchliche Geisraute.* G. *Patikai gálgafű; Ketske rúta; Pestis ölőfű.* H.

In agris cultis, pomariis, pratis et versuris; item ad hortorum nemorumque sepes vulgatissime. Jun.—Aug. P.

CCCCXXII. DORYCNIUM. *Tourn. Inst.* p. 391. t. 211. Villars Dauph. III. p. 416. *Spear-Trefoil.* Angl. *Le Dorycnium.* Gall. *Spiesklee.* Germ. *Dárda-here.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* 5-dentatus, 2-labiatus. *Filam.* su-

bulata. *Stigm.* capitatum. *Legum.* turgidum, 1- vel 2-spermum.

suffruticosum Vill. 1535. D. caule basi fruticuloso lignoso, procumbenti-adscendente, ramosissimo, ramis diffusis, teretibus, divisis, ramulis dichotomis, herbaceis, pilosis; fol. remotis, brevissime petiolatis, 5-natis, sericeo-pilosis; foliol. lineari-lanceolatis, obtuse mucronulatis; pedunc. dichotomis, longis, filiformibus, villosis, capitulis terminalibus, globoso-umbellatis, florb. subpedicellatis, calycibus villosissimis, denticulis ovato-lanceolatis, cor. pusillis, albis, calyce longioribus. *Vill.* III. p. 416. *D. monspeliense. Bieb.* II. n. 1538. D. hispanicum. *Cl. h.* I. p. 100. ic. *Lotus Dorycnium Linn aliorumque.*

Shrubby Dorycnium. A. *Le Dorycnium ligneux.* G. *Strauchartiger Spiesklee.* G. *Kórós dárdahere.* H.

In montibus siccis, vineis, aridis et collibus arenosis fere ubique. Jun.—Aug. Fr.

herbaceum Vill. 1536. D. herbaceum; caule cubitali brevioreve diffuso, tereti, superiora versus ramoso, ramis erectiusculis, patulis, hirsutis, fol. subsessilibus 5-natis, foliolis obovatis, obtusis, apice subrotundo-acutis; florb. axillaribus terminalibusque pedunculato-capitatis, capitulis minoribus, florb. plurimis congestioribus brevissime pedicellatis, calycis dentibus magis regularibus, coroll. albescentibus minoribus calycem subaequalibus, legumob. e rubro-fuscis. *Vill. Dauph* III. p. 417. t. XLI. *D. pentaphyllum. Sc. Carn.* II. p. 57. n. 939.

Herbaceous Dorycnium. A. *Le Dorycn. herbacé.* G. *Krautartiger Spiesklee.* G. *Fünemü dárdahere.* H.

In civitate Segesvár ibidem *am Schulberg* et prope Déva versus arcem alibique frequens. Jun. Jul. P.

*** LEGUMINIBUS ALATIS.

CCCCXXIII. TETRAGONOLOBUS. *Fl. Wetter* III. p. 9. *Sparagrass-Pea.* Angl. *Le Tetragonolobe.* Gall. *Spargelerbse.* Germ. *Paputs-virág.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* tubulosus, 5-dentatus, dentibus acutis, aequalibus. *Legum.* erectum, cylindricum, angulis alatum. *Sem.* ovata.

prostratus Moench. 1538. T. caulibus decumbentibus, adscendentibus, subangulosis, sulcatis, subramosis, dense pilosis; fol. alternis, petiolatis, obovatis s. cuneiformi-ovatis, mucronatis, stipulis ovato-acuminatis, margine pilosis; florb. terminalibus, solitariis, oblique erectis, brevissime pedicellatis, bractea basi calycis inserta, 3-phylla, foliol. lanceolatis, media reliquis paululum longiore, calycinis dentibus margine infraque longe pilosis; legumnb. teretiusculis, angulis alis 4 membranaceis auctis, é bruneo-fuscis, glabris. *M. Meth.* 164. *Tetr. siliquosus. Roth. Lotus siliquosus. J. A.* t. 361. *Bieb.* II n. 1535. *Bess.* n. 903. *Lot. tetragon. R. Tetr.* t. 81. *Stretching*, ou *Meadow Sparagrass-Pea.* A. *Le Tetragonolobe ailé.* G. *Gestreckte Spargelerbse.* G. *Elterült paputsvirág.* H.

In arenoso-limosis nemorosisque v. c. in S. Schaesburgensi versus pagum Trapold ibidem juxta vineta; prope rivulos ad pag. Szederjes; in pascuis, pratis, locisque salinis ad Viszakna, Kolos, Torda etc. Jun. Jul. P.

**** LEGUMINIBUS BILOCULARIBUS.

CCCCXXIV. PHACA. *Decand. Astrag.* p. 22. *Phaca.* Angl. *La Phaque.* Gall. *Berglinse.* Germ. *Hegyi-lentse.* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* 5-dentatus, dentibus 2 superioribus remotioribus. *Carina* obtusa. *Stigm.* capi-

tatum. *Legum.* 1-loculare, subturgidum sutura superiore intus tumida seminiferaque.

frigida Jacq. 1539. Ph. caule erecto, glabro; fol. oppositis, pinnatis; foliol. cum impari oppositis, petiolatis, 9, s. 11, ovalibus, apice obtusiusculis, subtiliter ciliatis, stipulis speciosis, maximis, erectis, foliaceis, obovatis; calycinis dentibus fuscis, pilis nigricantibus vestitis; cor. ochroleucis, carina vexillo subaequali; legumnb. oblongis utrinque attenuatis, inflatis, villosis. *J. A.* t. 166. *Dec. Astr.* p. 57. n. 2. *W. Carp.* n. 733. *Ph. ochreata. Cr. A.* V. p. 419. t. II. f. 2.

Frigid Phaca. A. *La Phaque des pays froids.* G. *Kalte Berglinse.* G. *Jégi Hegyilentse.* H.

In summis alpium jugis ibidem prope margines nive tectos scil. in Alpb. Barcensibus Piatrâ Mare; Butschetsch et Fagarasiensibus v. c. la Wârfulo Gaure de Lotri. Jul. Aug. P.

alpina Jacq. 1540. Ph. caule erecto, striato, subpiloso, ramoso; fol. pinnatis, multijugis, foliol. 15-17, breviter pedicellatis, oblongis, lanceolatis, obtusis, stipulis infimis lanceolatis, reliquis linearibus; calycb. 5-dentatis, dentibus setaceis, acutis, corollis ochroleucis, calyce duplo longioribus, carina vexillo subaequali; legumb. inflatis, utrinque acutis, subglabris. *J. rar.* t. 151. *Gm. Sib.* IV. t. 14. *Dec. Astr.* p. 59. n. 3.

Alpine Phaca. A. *La Phaque des Alpes.* G. *Alpen Berglinse.* G. *Havasi hegyilentse.* H.

In alpibus petrosis Fagarasiensibus, Rodnensibus ibidem la Wârfulo Jetziluj, Dscheammeanie; in Barcensibus versus Butschetsch etc. Jul. Aug. P.

australis Jacq. 1541. Ph. caule prostrato, ramoso; fol. pinnatis, sub-8-jugis; foliol. oppositis, cum impari subsessilibus, ovatis, acutis, cinereis, subglabris; stipulis cauli adbaerentibus, rotundis, obtusis; calycinis dentibus breviter acutis,

alis 2-fidis, carina violacea longioribus; legumb. pendulis, junioribus hirsutis, adultioribus glaberrimis. *J. Misc.* II. t. 3 *R. Eur.* VIII. t. 7 *Dec. Astr.* p. 63. n. 7. *W. Carp.* n. 734. *Ph. Halleri Vill. Dauph.* III. p. 472. t. XLI.

Trailling Phaca, or *Bastard Vetch*; *Austral Astragal.* A. *La Phaque australe.* G. *Südliche Berglinse*; *kriechendes Knollkraut.* G. *Déli hegyilentse.* H.

In alpibus Barcensibus scil. Wârfulo Butschetsch. Jul. Aug. P.

ATT. Flores purpurascentes saepe ex albido flavescentes.

astragalina Decand. 1542. Ph. caule procumbente, piloso, ramoso; fol. pinnatis, multijugis, foliol. suboppositis, brevissime petiolatis, plerumque 25, ovalibus, oblongis, obtusis, passim mucronulatis, villosiusculis, stipulis ovato-lanceolatis, acutis; florb. caeruleis, pedicellatis, pendulis, subcapitatis, calycb. pilis e rufo-nigrescentibus obductis, hirsutis, alis carina brevioribus; legumb. acuminatis, junioribus hirsutis. *Dec. Astr.* p. 64. n. 9. *Astragalus alpinus.* L. et *Fl. D.* t. 51. *W. Carp.* n. 733. P. *Astrag.* t. 32.

Tragant Phaca. A. *La Phaque astragaline.* G. *Tragantartige Berglinse.* G. *Havasi lentse.* H.

In alpibus Cibiniensibus scil. versus Wárfulo Suruluj; item in Fagarasiensibus scil. la Wârfulo Gaure de Lotri, et Barcensibus v. c. Piatrâ Mare, Butschetsch etc. Jun. — Aug. P.

CCCCXXV. OXYTROPIS. Decand. l. c. p. 24. IV. *Oxytropis*, or *Pointed-Ensigne.* Angl. *L'Oxytrope.* Gall. *Spitzkahn.* Germ. *Hegyes-Tsónak.* Hung.

CH. GEN. *Cal.* 5-dentatus, dentibus acutis, subaequalibus. *Carina* in mucronem erectum superne desinens. *Legum.* biloculare, vel subbiloculare, sutura superiore introflexa.

* STIPULIS PETIOLO ADHAERENTIBUS.

montana Dec. 1543. O. acaulis, villosa; fol. plurimis cespitosis, longe petiolatis, villosissimis, cum impari pinnatis, foliol. 23-25, suboppositis, pedicellatis, elliptico-lanceolatis, acutis; scapis folio paululum longioribus, pollicaribus bipollicaribusve, erectis, villosis; florb. terminalibus, laxe capitato-spicatis, bracteis sessilibus, ovato-lanceolatis, hirsuto-villosis, calycibus villosissimis, dentibus inferioribus paullo longioribus, cor. e violaceo caeruleis, carina breviter mucronata; legumnb. erectis, tereti-oblongis, stylo acuminato inflexo productis, nigro-fuscis, villosis, semibilocularibus. *Dec. Astr.* p. 66. n. 1. *Astragalus montanus. J. A.* t. 167. *Bieb.* n. 1486. *Phaca montana Cr. A.* V. p. 422. *W. Carp.* n. 735. Onobr. IV. *Cl. h.* II. p. CCXLI. *Ej. Pann.* p. 757. ic.

Mountain Oxytropis. A. *L'Oxytrope des montagnes.* G. *Bergliebender Spitzkahn.* G. *Hegyi Hegyes tsónak.* H.

In alpibus petrosis Barcensibus v. c. Schülergebürge; Piatrâ Mare et Butschetsch; item in Rodnensibus nempe Wârfulo Dscheammeanie; Jetzilüj etc. Jul. Aug. ♃

uralensis Dec. 1544. O. acaulis, sericeo-pilosa; fol. plurimis, cespitosis, longe petiolatis, cum impari pinnatis, foliol. inferiorb. alternis, reliquis suboppositis, terminalb. 3-nis, omnibus brevissime petiolatis, sericeo-pilosis; scapis digitalibus palmaribusve, folio semper longioribus, erecto-declinatis, piloso-villosis, pilis inaequalibus, villo multo longioribus, patentibus; capitulo terminali, spicato-ovato, pedicellato, bracteis lineari lanceolatis, calyce villoso mox longioribus, mox paullo brevioribus aucto, corollis e caeruleo saturate violaceis, carina obtuse mucronata, mucrone alis exserto; legumnb. erectis, ovato-cylindraceis, inflatis, dense pi-

losis s. pubescentibus, 2-locularibus, stylo acuminato inflexo terminantibus. *Dec.* l. n. 55. *Astrag. uralensis Linn.* et *J. rar.* t. 155. *Hall. helv.* n. 410. t. XIV. *A. Helv.* n. 85. t. 2. f. 2. *Phaca uralensis. W. Carp.* n. 737.

Ural Pointed Ensigne. A. *L'Oxytrope d'Oural.* G. *Uralgebürgischer Spitzkahn.* G. *Gyapjas Hegyes-tsónak.* H.

In alpibus summis calcareo-petrosis scil. Hunyadensibus ibidem la Warfulo Paringuluj et Retyezát; item in Barcensibus nempe Piroska et Csukás. Jul.—Septbr. P.

campestris Decand. 1545. O. acaulis; fol. radical. plurimis longe petiolatis, cum impari-pinnatis, foliol. oppositis, pedicellatis, ovalibus, obtusis, mucronatis, margine cumque petiolo villosissimis, stipulis magnis villosis, scapis folio brevioribus, teretibus, villosissimis, decumbenti-erectis, in spicam racemosam terminantibus; floribus sessilibus flavescentibus, densis, calycibus pilis albis longisque vestitis, dentibus acutis, profundis, albis, vexillo alis longiore; legumnb. erectis, ovato-inflatis, semi-bilocularibus, mucronatis, lanato-pubescentibus. *Dec. Astr.* p. 74. n. 10. *Astragalus campestris Linn.* Aliorumque. *H. Helv.* Ed. II. n. 406. t. XIII.

Field Oxytropis. A. *L'Oxytrope champêtre.* G. *Feld-Spitzkahn.* G. *Mezei Hegyes tsónak.* H.

In aridis elatioribus v. c. in S. Cibiniensi prope pagum Szelindek. Jun. Jul. P.

** STIPULIS PETIOLO NON ADHAERENTIBUS.

pilosa Decand. 1546. O. caulescens, erecta, villosa; fol. petiolatis cum impari pinnatis, foliol. subpedicellatis, oppositis, piloso-villosis, radical. ovalibus, obtusis, reliquis oblongo-lanceolatis, obtusiuscule mucronatis, stipulis cauli adpressis, erectis, linearibus, dentatis, villosis; pedunc.

axillaribus, folio aequalibus; florb. terminalibus spicatis, pedicellatis, pilosis, ochroleucis, carina mucrone albo terminata; legumnb. erectis, tereti-subulatis, superne sulco exaratis, sericeo-villosis, *Dec. Astr.* p. 91. n. 27. *Astragalus pilosus. Cr. A.* V. p. 418. *Bieb.* II. n. 1462. *J. A.* t. 51. *Gmel. Sib.* IV. n. 52. t. 16. *P. Astr.* t. 80.
Hairy Oxytropis. A. *L'Oxytrope velue.* G. *Haariger Spitzkahn.* G. *Szőrős Hegyes tsónak.* H.
In montib. graminosis siccioribusque v. c. in S. Nagy Sink scil. versus pagum Morgonda ibidem *die Pfanne*, porro ac juxta Kolosvár ibidem *die Heuwiesen.* Jun. Jul. P.

CCCCXXVI. ASTRAGALUS. Decand. l. c. p. 28. n. V. *Tragan'h.* Angl. *L'Astragale.* Gall. *Tragant.* Germ. *Kotzkásmagufű* Hung.

Ch. Gen. *Cal.* 5-dentatus. *Carina* obtusa. *Legum.* biloculare, vel semibiloculare, sutura inferiore introflexa, gibbum, polyspermum.

* CAULIBUS FOLIOSIS, DIFFUSIS.

a) Corollis subpurpureis.

austriacus Jacq. 1547. A. herbaceus; caule ramoso piloso, angulato, glabro, ramis patentibus; fol. impari pinnatis, alternis, foliol. 19-21, glabris, brevissime petiolatis, oppositis, linearibus, truncatis, emarginatis; peduac. axillaribus, racemosis, folio longioribus; florb. pedicellatis, declinato-horizontalibus, ex albo-purpureis, alis bifidis, vexillo lato subrotundo, alarum longitudine; legumnb. pendulis, oblongis, compressis, pubescentibus, arista terminantibus. *J. A.* t. 195. *Cr. A.* p. 416. t. 2. f. 1. *Astr. Dichopterus. P. Astr.* t. 39. Onobr. II. *Cl. h.* II. p. CCXXXIX. *Ej. Pann.* p. 753. ic.
Austrian Troganth. A. *L'Astragale d'Autriche.* G. *Oesterreichischer Tr.* G. *Austriai Kotzkásmagu.* H.
In montibus siccioribus post Opp. Gyalu; in cam-

pis elatioribus, aridis pratisque arenosis et in herbidis subalpinis fere ubique. Jun.—Aug. P.

Onobrychis Jacq. 1548. A. herbaceus; caulibus decumbenti-adscendentibus, angulosis, ramosis, pilosis; fol. petiolatis, cum impari multijugis; foliol. suboppositis, petiolatis, linearibus, subobtusiusculis, stipula solitaria, semiamplexicauli, bifida, submembranacea; pedunc. axillaribus, folio multo longioribus, in racemum longum spicatum terminantibus; florb. subsessilibus, erectis, e purpureo-violaceis, vexillo erecto, lineari-obtuso, alis longiore; legumnb. erectis, 3-angularibus, dorso carinatis, subinflatis, sericeo-villosis. *J. A.* t. 38. Onobr. I. *Cl. h.* II. p. CCCXXXVIII. *Ej. Pann.* p. 752. ic.

Long-faned Traganth. A. *L'Astragale esparcette.* G. *Langfahniger Trag.* G. *Hoszszuzászló kotzkásmagu.* H.

In collibus arenosis et pratis steriliori-arenosis ubique. Aestate. P.

β.) Corollis ochroleucis.

glycyphyllos L. 1549. A. caulibus procumbentibus, angulatis, fistulosis, glabris, ramosis; fol. alternis, patulis, cum impari pinnatis, foliol. 11, oppositis, breviter petiolatis, glabris, ovatis, obtusis, emarginatis, venis nervisque reticulatis, margine ciliis raris vestitis, stipulis ovato-lanceolatis, acuminatis; petiolis sanguineis, subtus glandulis nitidis auctis; racemis pedunculatis, folio brevioribus, oblongo-ovatis, florb. pallide sordideque flavescentibus; legumnb. pedicellatis, sub-3-quetris, arcuatis, supra sulcatis, glabris, rostro adunco mucronatis. *Fl. D.* t. 1108. *E. B.* t. 203. *Dec. Astr.* 127. *R. Tetr.* t. 103. *Bieb.* II. n. 1471. *W. Carp.* n. 742. Glaux vulgaris. *Cl. h.* II. p. CCXXXIII.

Wild Licorish. A. *L'Astragale réglisse; La Reglisse sauvage.* G. *Süßsholzblättriger Trag. Wil-*

des Süfsholz; Baer s. Wolfsschoten. G. *Edes levelü kotskásmagu; Edeslentse v. héjja-köröm.* H. In pascuis, pomariis montosis et ad vinearum margines frequens. Jul. Aug. P.

Cicer L. 1550. A. caulibus prostratis, erecto-patulis, ramosis, diffusis, glabris; foliol. 21-25, suboppositis, petiolatis, glabriusculis, margine pilosis, ovalibus, mucrone parvulo terminantibus, stipulis ovato-lanceolatis, marginib. longe pilosis; pedunc. teretibus, axillaribus, folio brevioribus, racemis spicato-ovatis, bracteis lineari-acutis, ciliatis; florb. subsessilibus, calycinis dentibus pubescentibus, nigricantibus, cor. ochroleucis; legumnb. subgloboso-ventricosis, mucronatis, pubescentibus. *J. A.* t. 251. *Bieb.* II. n. 1470. *W. Carp.* n. 741. *A. Ped.* t. 41. f. 2. *P. Astr.* n. 42. *Dec. Astr.* p. 163. n. 57. *A. vesicarius Lam. Glaux. R. Tetr.* t. 108.

Chiche Péas-Traganth; Yellow Austrian Traganth. A. *L'Astragale pois chiche.* G. *Kichern Trag.* G. *Tsiffer borsó kotzkásmagu; Hólyag-lóborsó.* H. In dumetis, pomariis et pratis elatioribus nemoralibusque, item ad sepes hortorum pomariorum vinearumque vulgatissime. Jun.—Aug. P.

** CAULIBUS FOLIOSIS ERECTIS, SPICIS RACEMISQUE PEDUNCULATIS.

eriocephalus Kit. 1551. A. caule digitali palmarive erecto, tereti-sulcato, hirsuto; foliol. petiolatis, suboppositis, obovatis, obtusiusculis, mucrone brevissimo terminatis, utrinque hirsutis, stipulis longis, sessilibus, oblongo-lanceolatis, membranaceis, albido-diaphanis, longe pilosis; pedunc. folio brevioribus, 2. s. 3-pollicaribus, decumbenti-erectiusculis, axillaribus, teretibus, apice capitulo globoso-ovato terminantibus cumque petiolis, bracteis calycibusque villoso-hirsutis; florb. brevissime pedicellatis; bract. basi calycis lineari-angustis, mox calycem su-

perantibus, cor. pallide flavescentibus s. sordide ochroleucis; legumnb. erectis, ovato-3-quetris, inflatis, subbilocularibus, villosis. *W.* et *K.* t. 46. *A. dasyanthus.* *Bieb.* II. n. 1460. *Dec.* *A.* n. 108. *Pal.* *A.* n. 56. t. 65.

Wooly-headed Tragunth. A. *L'Astragale laineuse.* G. *Wollkopfiger Tragant.* G. *Szőrös kotzkásmagu.* H.

In montibus arenosis sterilioribusque juxta Szelindek. Jul. Aug. P.

asper L. 1552. A. caulibus 2-pedalibus, erectis, angulato-sulcatis, asperis, sericeo-viridibus, foliolis utrinque pilis sericeis vestitis, brevissime petiolatis, lineari-lanceolatis, stipulis 2, lineari-obtusis, margine albidis, deflexis, deciduis; spicis longe pedunculatis, pedunc. tereti-sulcato-flexuoso-strictis, hirsutis; florb. densis, brevissime pedicellatis, strictis, bractea sessili basin versus latiore, dein lineari-obtusa, diaphana auctis, calyce e viridi-flavescente, extus pilis nigris vestito, 3 dentibus inferiorb. aequalibus, reliquis 2 superiorb. brevioribus, omnibus subulatis; corolla calyce duplo longiore, flavescente; legumnb. oblongo-lanceolatis, 3-quetris. *J. rar.* t. 152. *Dec.* *Astr* p. 169. n. 63. *Bieb.* II. n. 1466. *A. chloranthus.* *P.* *Astr.* n. 34. t. 25. Onobr. III. *Cl. h.* II. p. CCXXXIX. *Ej.* *Pann.* p. 756. ic.

Rough Astracan Traganth. A *Scharfstängl. Trag.* G. *Durva kotskásmagu.* H.

In pratis elatioribus arenosisque juxta Kolosvár ibidem *die Heuwiesen.* Maj. Jun. P.

galegiformis L. 1553. A. caule pedali, erecto, stricto, glabro; foliol. ellipticis, obtusis, subtus pilis adpressis vestitis; florb. racemosis pedunculatis e viridi flavescentibus; legumnb. 3-quetris, utrinque mucronatis, laevibus. *Decand.* *A.* p. 167. n. 61. *Bieb.* II. n. 1467. *P.* *A.* n. 38. t. 29. *Buxb.* C. 3. p. 22. t. 40.

Goat's Rue-leav'd. A. *L'Astragale à feuilles de*

Rue. G. *Rautehlättriger Trag.* G. *Gálgalevelü kotzkásmagu.* H.
In pratis elatioribus juxta Vajda-Hunyád et versus M. Vulkany scil. in confinibus Cott. Zarand et Alb. Infer.; item prope Vers-patak etc. Jun. Jul. P.

*** ACAULES; COROLLIS PURPUREIS, VEL FLAVIS.

exscapus. L. 1554. A. radice crassa, succulenta, petiolo foliorum pinnatorum tereti, subvilloso, basi stipulis marcescentibus subacutis aucto; foliol. plurimis suboppositis, brevissime petiolatis, ovatis, margine villosissimis; pedunc. folio multo brevioribus, villosis; florb. racemoso-spicatis, subpedicellatis, aggregatis, bracteis setaceis villosis, calyciniis laciniis lineari-subulatis, longis, cor. flavis; legumnb. sessilibus, compressis, ovatis, hirsutis. *J. rar.* t. 561. *P. Astr.* t. 64. *Dec. Astr.* p. 220. n. 116. *Astragaloides syphilitica. Moench.*
Stalkless-Traganth. A. *L'Astragale sans tige.* G. *Schaftloser Trag.* G. *Száratlan kotzkásmagu.* H.
In agris arenoso-lapidosis prope pagum Kisfalud ad Cott. Alb. Inferiorem pertinente. Jun. Jul. P.
praecox 1555. A. radice crassa latitante, lignosa, ramosa; fol. in orbem digestis, terrae adpressis, petiolatis, cum impari pinnatis, foliol. plurimis subtus pubescentibus, suboppositis, pedicellatis, ovali-obtusis, subemarginatis, submucronatis; scapis procumbentibus, fere palmaribus, simplicibus, nudis, glabris, sanguineis, folio longioribus; florb. e violaceo-rubris, racemoso-ovatis, pedicellatis, bracteis lanceolatis interstinctis, vexillo longissimo, stricto, erecto; legumnb. subulatis, teretibus, subarcuatis, glabris. *A. monspessulanus Sc. Carn.* 2. p. 77. t. 45. *Vill. Dauph.* III. p. 453. *Bieb.* II. 1492. *C. M.* t. 219. *A. incanus nost.*

Early Traganth. A. *L'Astragale précoce.* G. *Frühzeitiger Tragant.* G. *Tavaszi Kotzkásmagu.* H.
In aridis arenosis et apricis, item ad vinearum margines juxta Kolosvár; Déva; Karoly-Fejérvár; Sz. Ersébeth; Keresd; Segesvár; Prodt; Berethalom et in declivis ad Szász-Kesd; Köhalom; Segesvár etc. vulgatissime. Apr.—Jun. P.

B. PERICARPIFERAE.

* LOMENTIS ARTICULATIS, 1- VEL POLYSPERMIS.

CCCCXXVII. HEDYSARUM. L. G. 1204. *Honey-Trefoil.* Angl. *Le Sainfoin.* Gall. *Süſsklee.* Germ. *Baltavirág.* Hung.

CH. GEN. *Cal.* 5-fidus. *Carina* transverse obtusa, magna. *Loment.* 1-spermum, articulis subrotundis, compressis, glabris.

obscurum Jacq. 1556. H. caule subpalmari, erecto, flexuoso, subramoso, glabro; fol. cum imparipinnatis, ovatis, obtusis, brevissime mucronatis, transversim venosis, stipulis vaginalibus, oblongo-ovatis; florb. longe pedunculatis, erectis, racemosis, pendulis, e purpureo violaceis, bracteis lineari-acutis, pedicello longioribus; lomentis pendulis, glabris. *J. A.* t. 163. *H. alpinum. J. V.* 266. *W. Carp.* n. 731. *H. controversum. Cr. Austr.* V. p. 425. t. II. f. 3. (solum Legumen).

Mountain Cooks-Comb. A. *Le Sainfoin obscur.* G. *Gebürgs Süſsklee.* G. *Hegyi baltavirág.* H.
In alpb. Barcensibus nempe Butschetsch; in Rodnensibus v. c. Jetziluj, Dscheamineanie. Jul. Aug. P.

CCCCXXVIII ONOBRYCHIS Tourn. Instit. 390. *Saint foin.* Angl. *L'Esparcette.* Gall. *Eselswicke.* Germ. *Szamár-borsó.* Hung.

CH. GEN. *Cal.* 5-fidus; carina transverse truncata. *Alae* brevissimae. *Loment.* hemisphaericum,

1-loculare, 1-spermum, margine aculeatum, sutura superiore complanatum, truncatum.

sativa Lam. 1557. O. caule pedali decumbenti-erecto, elongato, glabro; fol. petiolatis, alternis, pinnatis, pinnulis oppositis, pedicellatis, subglabris, linearibus, emarginatis; florb. longe spicatis, laete rubris venis saturatioribus pictis, carina vexillo breviore, lomentis 2-spermis, glabris, aculeato-dentatis. *Lam.* et *Decand* T. IV. P. II. p. 611. *O. spicata. M. Meth.* p. 122. *O. viciaefolia. Sc. Carn.* 2. n. 918. *Hedysarum Onobrychis. J. A.* t. 352. *Bess.* n. 879. *W. Carp.* n. 732. *Common Saint-foin; Esparcette Cock's-head.* A. *L'Esparcette cultivée; La Sainfoin ordinaire.* G. *Zahme Eselswicke; Türkischer Klee; Futter Hahnenkamm; Heiligheu; gemeine Esparcette.* G. *Közönséges szamár-here; Spanyol lóhere; Varjú-borsó.* H. *La Cedrangola domestica.* I.

In pascuis sterilioribus, arenoso-elatioribus, pratis arenosis, collibus cretaceis ubique. Jun. — Septbr. P.

montana Decand. 1558. O. caule decumbente, lignoso, sulcato-striato, glabro, digitali palmarive; fol. in petiolum canaliculatum desinentibus, impari pinnatis, pinnulis petiolatis, subobpositis, ovali-oblongis, apice mucronatis, basi pedicellatis, supra nudis, venosis, pallide viridibus, subtus nervosis cumque margine pilis sericeis adpressis vestitis, stipulis basi petiolorum pedunculorumque 2, oppositis, amplexicaulibus, ovato-acuminatis, membranaceo-fuscis, subtus nervosis, margine pilosis; pedunc. axillaribus, fol. multo longioribus, spica pollicari, ovata, densa terminantibus; florb. e violaceo-sanguineis, breviter pedicellatis, patenti-erectis, bracteis lineari-subulatis, pilosis auctis, calycb. extus pilosis, dentibus ovato-subulatis, alis acutis longioribus, carina vexillo longiore; lomentis 1-spermis, utrinque gyrosis, pilis sericeis, densis adpressis vestitis, margine superiore

denticulis spinosis armatis. *Dec. Fr.* IV. p. 611. n. 4056. *Hedys. Caput. Galli.* Willd.

Mountain Saint-foin. A. *L'Esparcette des montagnes.* G. *Bergliebende Eselswicke.* G. *Hegyi szamár-here.* H. *La Cedrangola montana.* I.

In pascuis alpinis petrosisque praeprimis Barcensibus scil. Butschetsch, Piróska et Csukás frequens. Jul.—Septbr. P.

CCCCXXIX. CORONILLA. L. G. 1198. *Coronilla.* Angl. *La Coronille.* Gall. *Peltsche.* Germ. *Koronka.* Hung.

CH. GEN. *Cal.* campanulatus, 2-labiatus, 5-dentatus; denticulis 2 *superiorb.* conniventibus; *inferiorb.* 2 brevioribus. *Pet.* longe unguiculata. *Loment.* rectum, subcylindricum, articulatum; articulis 1-spermis. *Sem.* cylindrica, obtusa.

